Si libertus in ius vocaverit contra praetoris edictum filium patroni sui, quem ipse patronus in potestate habet: probandum est absente patre subveniendum esse filio qui in potestate est et ei poenalem in factum actionem, id est quinquaginta aureorum, adversus libertum competere.

13. MODESTINUS 10 pand.
Generaliter eas personas, quibus reverentia praestanda est, sine iussu praetoris in ius vocare non possumus.

14. PAPINIANUS 1 resp.
Libertus a patrono reus constitutus, qui se defendere paratus pro tribunali praesidem provinciae frequenter interpellat, patronum accusatorem in ius non videtur vocare.

15. PAULUS 1 quaest.
Libertus adversus patronum dedit libellum non dissimulato se libertum esse eius: an si ad desiderium eius rescribatur, etiam edicti poena remissa esse videtur? Respondi non puto ad hunc casum edictum praetoris pertinere. Neque enim qui libellum principi vel praesidi dat, in ius vocare patronum videtur.

12. *Ulpianas, LVII Ed.*
Jeigu išlaisvintasis, nesilaikydamas pretoriaus edikto, šauks stoti teisman savo patrono sūnų, kuris yra patrono valdžioje, tai reikia pripažinti, kad nesant tėvo būtina padėti sūnui, kuris yra pavaldus, ir suteikti jam faktinėmis aplinkybėmis pagrįstą ieškinį dėl baudos, t. y. teismo tvarka pareikalauti, kad išlaisvintasis sumokėtų 50 auksinių.

13. *Modestinas, X Pand.*
Apskritai be pretoriaus leidimo mes negalime šaukti stoti teisman tų asmenų, kuriems turi būti reiškiama pagarba.

14. *Papinianas, I Atsak.*
Patrono apkaltintas išlaisvintasis, kuris ne kartą kreipėsi į provincijos vietininką dėl to, kad yra pasirengęs gintis teisme, nelaikomas kaltintoju, šaukiančiu patroną stoti teisman.

15. *Paulius, I Klaus.*
Išlaisvintasis pateikė skundą prieš patroną imperatoriui neslėpdamas esantis jo išlaisvintasis. Jeigu į jo skundą būtų atsakyta, ar aišku, kad bauda, remiantis ediktu, taip pat bus dovanota? Aš atsakiau, kad nelaikau, jog pretoriaus ediktas yra susijęs su šiuo atveju, nes tas, kuris pateikia skundą princepsui arba vietininkui, nelaikomas šaukiančiuoju patroną stoti teisman.

16. PAULUS 2 resp.
Quaesitum est, an tutor pupilli nomine patronam suam sine permissu praetoris vocare possit. Respondi eum, de quo quaeritur, pupilli nomine etiam in ius vocare patronam suam potuisse sine permissu praetoris.

17. PAULUS 1 sent.
Eum, pro quo quis apud officium cavit, exhibere cogitur. Item eum qui apud acta exhibiturum se esse quem promisit, etsi officio non caveat, ad exhibendum tamen cogitur.

18. GAIUS 1 ad l. xii tab.
Plerique putaverunt nullum de domo sua in ius vocari licere, quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit, eumque qui inde in ius vocaret vim inferre videri.

19. PAULUS 1 ad ed.
Satisque poenae subire eum, si non defendatur et latitet, certum est, quod mittitur adversarius in possessionem bonorum eius. Sed si aditum ad se praestet aut ex publico conspiciatur, recte in ius vocari eum Iulianus ait.

20. GAIUS 1 ad l. xii tab.
Sed etiam ab ianua et balineo et theatro nemo dubitat in ius vocari licere.

16. *Tas pats [Paulius], II Atsak.*
Klausiama, ar gali globėjas globotinio vardu šaukti teisman savo patronę be pretoriaus leidimo. Aš atsakiau, kad tas, apie kurį klausiama, gali globotinio vardu šaukti savo patronę net ir be pretoriaus leidimo.

17. *Tas pats [Paulius], I Sent.*
Tas, kas teisme už ką nors laidavo, įpareigojamas pristatyti pastarąjį į teismą. Taip pat ir tas, kuris davė pažadą, įrašytą į oficialų protokolą, kad ką nors pristatys į teismą, net jeigu teisme nepateikė užtikrinimo, vis dėlto yra įpareigojamas tą padaryti.

18. *Gajus, 1-oji XII Lent.*
Daugelis buvo įsitikinę, kad niekas negali būti šaukiamas stoti teisman savo namuose, nes namai yra saugiausia priebėga ir prieglobstis, ir akivaizdu, kad tas, kuris šaukia stoti teisman namuose, tai daro jėga.

19. *Paulius, I Ed.*
Neabejotina, kad tokia pati sankcija taikoma tam, kuris nesigina [neatvyksta į teismą gintis] ir slapstosi, nes priešingai šaliai yra leidžiama valdyti jo turtą. Tačiau jeigu jis leidžia įeiti į savo namus arba būtų pastebėtas gatvėje, tai, kaip teigia Julijonas, jis gali būti tinkamai pašauktas stoti teisman.

20. *Gajus, 1-oji XII Lent.*
Tačiau niekas neabejoja, kad į teismą galima pašaukti šaukiamajam esant prie jo namų durų, arba pirtyje, arba teatre.

21. PAULUS 1 ad ed.
Sed etsi is qui domi est interdum vocari in ius potest, tamen de domo sua nemo extrahi debet.

22pr. GAIUS 1 ad l. xii tab.
Neque impuberes puellas, quae alieno iuri subiectae essent, in ius vocare permissum est.

22.1. Qui in ius vocatus est, duobus casibus dimittendus est: si quis eius personam defendet, et si, dum in ius venitur, de re transactum fuerit.

23. MARCIANUS 3 inst.
Communis libertus licet plurium sit, debet a praetore petere, ut ei liceat vel quendam ex patronis in ius vocare, ne in poenam incidat ex edicto praetoris.

24. ULPIANUS 5 ad ed.
In eum, qui adversus ea fecerit, quinquaginta aureorum iudicium datur: quod nec heredi nec in heredem nec ultra annum datur.

25. MODESTINUS 1 de poen.
Si sine venia edicti impetrata libertus patronum in ius vocaverit, ex querella patroni vel supradictam poenam, id est quinquaginta aureos dat vel a praefecto urbi quasi inofficiosus castigatur, si inopia dinoscitur laborare.

21. *Paulius, I Ed.*
Nors tas, kuris yra savo namuose, gali būti pašauktas stoti teisman, niekas negali būti išvesdintas iš savo namų.

22 pr. *Gajus, 1-oji XII Lent.*
Nevalia šaukti stoti teisman pilnametystės nesulaukusių merginų, kurios yra kito asmens valdžioje.

1 §. Pašauktasis stoti teisman gali būti paleistas dviem atvejais: jei kas nors gina jo asmenį ir jei tuo metu, kai jis vyksta į teismą, ginčas išsprendžiamas taikos sutartimi.

23. *Marcianas, III Inst.*
Nors bendras išlaisvintasis yra keleto asmenų, jis privalo kreiptis į pretorių leidimo net ir pašaukti stoti teisman kurį nors vieną iš patronų, kad jam nebūtų pritaikyta pretoriaus edikte numatyta sankcija.

24. *Ulpianas, V Ed.*
Prieš tą, kuris padarys ką nors nesilaikydamas šių edikto nuostatų, teikiamas ieškinys dėl 50 auksinių. Jis [ieškinys] nesuteikiamas nei patrono įpėdiniui, nei prieš išlaisvintojo įpėdinį, ir apribotas vienų metų ieškinio senatimi.

25. *Modestinas, I „Apie bausmes"*
Jeigu išlaisvintasis [libertinas], negavęs remiantis ediktu duodamo leidimo, pašauktų patroną stoti teisman, tai pagal patrono skundą jam arba taikoma minėtoji nurodyta sankcija, t. y. 50 auksinių, arba jis baudžiamas miesto pretoriaus kaip neatliekantis savo pareigų, jeigu yra žinoma, kad dėl neturto jo padėtis yra sunki.



V Dig.

Si quis in ius vocatus non ierit sive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit



V skyrius

Jei kas šaukiamas į teismą neitų, arba jei kas šauktų stoti teisman asmenį, kurio pagal ediktą negalėjo šaukti

1. ULPIANUS 1 ad ed.
Si quis in ius vocatus fideiussorem dederit in iudicio sistendi causa non suppositum iurisdictioni illius, ad quem vocatur, pro non dato fideiussor habetur, nisi suo privilegio specialiter renuntiaverit.

2pr. PAULUS 1 ad ed.
Ex quacumque causa ad praetorem vel alios, qui iurisdictioni praesunt, in ius vocatus venire debet, ut hoc ipsum sciatur, an iurisdictio eius sit.

2.1. Si quis in ius vocatus non ierit, ex causa a competenti iudice multa pro iurisdictione iudicis damnabitur: rusticitati enim hominis parcendum erit: item si nihil intersit actoris eo tempore in ius adversarium venisse, remittit praetor poenam, puta quia feriatus dies fuit.

3. ULPIANUS 47 ad Sab.
Cum quis in iudicio sisti promiserit neque adiecerit poenam, si status non esset: incerti cum eo agendum esse in id quod interest verissimum est, et ita Celsus quoque scribit.

1. *Ulpianas, I Ed.*
Jeigu kas nors, iškviestas į teismą, paskirtų jo atvykimą nustatytu laiku užtikrinti įsipareigojantį laiduotoją, kuris nepriklauso to, pas kurį [į teismą] kviečiamas, jurisdikcijai, laikoma, kad laiduotojas nebuvo paskirtas, jei tik jis pats asmeniškai neatsisakys jam suteiktos privilegijos.

2 pr. *Paulius, I Ed.*
Nesvarbu, kuo remiantis kas nors yra šaukiamas į teismą; jis privalo atvykti pas pretorių ar kitus jurisdikciją įgyvendinančius asmenis, kad būtų išsiaiškinta, ar jis priklauso tai jurisdikcijai.

1 §. Jei kas nors, šaukiamas į teismą, neitų, tai [jam bus] skiriama bauda, tačiau nepatyrę asmenys privalo būti baudžiami švelniau; lygiai taip pat, jeigu ieškovui nėra svarbu, kad priešinga šalis atvyktų į teismą būtent paskirtuoju laiku, pretorius atleidžia atsakovą nuo baudos, jeigu, pavyzdžiui, tą dieną [kuri buvo nustatyta atvykti į teismą] byla nenagrinėjama.

3. *Ulpianas, XLVII Sab.*
Jei kas nors buvo pažadėjęs atvykti į teismą, tačiau neįsipareigojo sumokėti netesybų (baudos) ir teisman nestojo, tai teisingiau yra pareikšti jam ieškinį dėl ieškovo patirtų nuostolių atlyginimo. Taip savo raštuose nurodė ir Celsas.



VI Dig.

In ius vocati ut eant aut satis vel cautum dent



VI skyrius

Tegul šaukiamieji atvykti stoja prieš teismą, arba paskiria laiduotojus, arba duoda [kitą] užtikrinimą

1. PAULUS 1 ad ed.
Edicto cavetur, ut fideiussor iudicio sistendi causa datus pro rei qualitate locuples detur exceptis necessariis personis: ibi enim qualemcumque accipi iubet: veluti pro parente patrono,

2. CALLISTRATUS 1 ad ed. monit.
item pro patrona liberisve suis vel uxore nuruve. Tunc enim qualiscumque fideiussor accipi iubetur: et in eum, qui non acceperit, cum sciret eam necessitudinem personarum, quinquaginta aureorum iudicium competit,

3. PAULUS 4 ad ed.
quoniam pro locuplete accipitur fideiussor in necessariis personis.

4. ULPIANUS 48 ad ed.
Qui duos homines in iudicio sisti promisit, si alterum exhibet, alterum non, ex promissione non videtur eos stetisse, cum alter eorum non sit exhibitus.

1. *Paulius, I Ed.*
Edikte nustatyta, kad [laiduotojas, kuris paskirtas užtikrinant atvykimą į teismą] būtų pasirenkamas iš turtingųjų ir atsižvelgiant į bylos pobūdį, išskyrus tuos atvejus, kai laiduotojas yra pasirenkamas iš artimųjų; šiuo atveju [pretorius] įsako priimti [kaip laiduotoją] bet kurį [neatsižvelgiant į jo turtinę padėtį], pavyzdžiui, kai laiduojama už tėvą ar patroną,

2. *Kalistratas, I Įspėj. ed.*
taip pat už patronę arba savo vaikus, arba žmoną ar marčią, nes šiuo atveju liepiama priimti bet kurį laiduotoją. O tam, kuris nepriima [laiduotojo] žinodamas, kad tai esąs artimiausias giminaitis, galima pareikšti ieškinį, kuriuo reikalaujama sumokėti 50 auksinių,

3. *Paulius, IV Ed.*
todėl, kad [bet kuris] giminaitis priimamas laiduotoju kaip turintis užtenkamai turto.

4. *Ulpianas, XLVIII Ed.*
Jei kas būtų pažadėjęs atvesti į teismą du [laiduotojus], tai jei vieną atvestų, o kito – ne, būtų laikoma, kad nebuvo pristatyti taip, kaip pažadėta, nes vienas iš jų nebuvo atvestas [į teismą].



VII Dig.

Ne quis eum qui in ius vocabitur vi eximat



VII skyrius

Kad niekas jėga nesulaikytų to, kuris yra šaukiamas teisman

1 pr. ULPIANUS 5 ad ed.
Hoc edictum praetor proposuit, ut metu poenae compesceret eos, qui in ius vocatos vi eripiunt.

1.1. Denique Pomponius scribit servi quoque nomine noxale iudicium reddendum, nisi sciente domino id fecit: tunc enim sine noxae deditione iudicium suscipiet.

1.2. Ofilius putat locum hoc edicto non esse, si persona, quae in ius vocari non potuit, exempta est, veluti parens et patronus ceteraeque personae: quae sententia mihi videtur verior. Et sane si deliquit qui vocat, non deliquit qui exemit.

2 pr. PAULUS 4 ad ed.
Nam cum uterque contra edictum faciat, et libertus qui patronum vocat, et is qui patronum vi eximat: deteriore tamen loco libertus est, qui in simili delicto petitoris partes sustinet.

2.1. Eadem aequitas est in eo, qui alio quam quo debuerat in ius vocabatur: sed et fortius dicendum est non videri vi eximi eum, cui sit ius ibi non conveniri.

1 pr. *Ulpianas, V Ed.*
Pretorius paskelbė šį ediktą, kad grasindamas bausme sutramdytų tuos, kurie jėga sulaiko šaukiamuosius stoti teisman.

1 §. Pomponijus rašo, kad esant noksaliniam ieškiniui tai taikoma vergams, jeigu tik jie to nepadarė [jei nesukėlė žalos] šeimininkui žinant, nes šiuo atveju šeimininkas privalo atsakyti teisme ir neperduoti vergo.

2 §. Ofilijus mano, kad šis ediktas netaikomas, jeigu asmuo, kuris negali būti šaukiamas stoti į teismą, pavyzdžiui, tėvai, patronai ir kiti asmenys, buvo sulaikytas nuo atvykimo į teismą. Ši nuomonė man atrodo teisingesnė. Išties, jeigu tas, kuris šaukdamas į teismą elgiasi neleistinai, tai tas, kuris tam sukliudo, nieko neteisėto nedaro.

2 pr. *Paulius, IV Ed.*
Edikto nesilaiko ir išlaisvintasis [libertinas], šaukiantis į teismą patroną, ir tas, kuris sulaiko patroną jėga; tačiau blogesnė padėtis yra to išlaisvintojo, kuris esant tokiam deliktui tampa ieškovu.

1 §. Tai taip pat teisinga požiūriu to, kuris į teismą šaukia kitą asmenį, o ne tą, kuris turi būti šaukiamas; reikia aiškiai pasakyti, kad sulaikytu nuo stojimo teisman nėra pripažįstamas tas, kuriam nebuvo galima teisėtai pareikšti ieškinio.

3pr. ULPIANUS 5 ad ed.
Quod si servum quis exemit in ius vocatum, Pedius putat cessare edictum, quoniam non fuit persona, quae in ius vocari potuit. Quid ergo? Ad exhibendum erit agendum.

3.1. Si quis ad pedaneum iudicem vocatum quem eximat, poena eius edicti cessabit.

3.2. Quod praetor praecepit "vi eximat": vi an et dolo malo? Sufficit vi, quamvis dolus malus cesset.

4pr. PAULUS 4 ad ed.
Sed eximendi verbum generale est, ut Pomponius ait. Eripere enim est de manibus auferre per raptum: eximere quoquo modo auferre. Ut puta si quis non rapuerit quem, sed moram fecerit quo minus in ius veniret, ut actionis dies exiret vel res tempore amitteretur: videbitur exemisse, quamvis corpus non exemerit. Sed et si eo loco retinuerit, non abduxit, his verbis tenetur.

4.1. Item si quis eum, qui per calumniam vocabatur, exemerit: constat eum hoc edicto teneri.

3 pr. *Ulpianas, V Ed.*
Jeigu kas nors sulaikytų į teismą šaukiamą vergą, tai, Pedijaus nuomone, ediktas [nebūtų] taikomas, nes nebūtų asmens [teisės subjekto], kurį būtų galima šaukti stoti teisman. Kas gi šiuo atveju atsitinka? Reikia pareikšti ieškinį dėl vergo pristatymo.

1 §. Jeigu kas nors kliudys stoti į teismą tam, kuris šaukiamas pas *iudex pedaneus*[13], tai pagal šį ediktą sankcija nebus taikoma.

2 §. Dėl pretoriaus žodžių „jėga laiko sulaikęs" kyla klausimas: jėga ar, be to, dar ir tyčia? Pakanka jėgos, net jei nėra tyčios.

4 pr. *Paulius, IV Ed.*
Kaip teigia Pomponijus, žodis „sulaikyti" veikiau turi bendrąją reikšmę. „Išplėšti" reiškia prievarta paimti iš rankų; „sulaikyti" – paimti bet kokiu būdu. Pavyzdžiui, jei vienas asmuo kito asmens nesučiups, tačiau jo stojimą teisman uždels tiek, kad sueis ieškinio senatis arba praėjus tam tikram laikui bus netekta daikto, tai šis asmuo bus laikomas sulaikiusiuoju, nors nebus sulaikęs fizine prasme; jeigu jis sulaikys tam tikroje vietoje ir niekur nenuves, tai jam ši nuostata taip pat taikoma.

1 §. Lygiai taip pat jeigu kas nors sulaikys asmenį, kuriam pareikštas ieškinys dėl šmeižto [nepagrįsto kreipimosi į teismą dėl tariamai padarytos žalos atlyginimo], tai nustatyta, kad jis atsako pagal šį ediktą.

[13] Jaunesnįjį teisėją, nagrinėdavusį nedidelius ginčus.

4.2. Praetor ait: "neve faciat dolo malo, quo magis eximeretur": nam potest sine dolo malo id fieri, veluti cum iusta causa est exemptionis.

5pr. ULPIANUS 5 ad ed.
Si per alium quis exemerit, hac clausula tenetur, sive praesens fuit sive absens.

5.1. In eum autem, qui vi exemit, in factum iudicium datur: quo non id continetur quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore aestimata, de qua controversia est. Hoc enim additum est, ut appareat etiam si calumniator quis sit, tamen hanc poenam eum persequi.

5.2. Docere autem debet quis per hanc exemptionem factum quo minus in ius produceretur. Ceterum si nihilo minus productus est, cessat poena: quoniam verba cum effectu sunt accipienda.

2 §. Pretorius sako: „Tegul nebūna tyčia daroma tai, kas iš esmės sukliudo kam nors stoti teisman". Kadangi taip gali atsitikti [gali būti neatvykta į teismą] ir nesant tyčios, pavyzdžiui, kai esama teisinio pagrindo neatvykti į teismą.

5 pr. *Ulpianas, V Ed.*
Jei kas nors sulaikys svetimomis rankomis, tai jis atsako pagal šias nuostatas neatsižvelgiant į tai, ar sulaikant dalyvavo, ar nedalyvavo.

1 §. Prieš tą, kuris jėga sutrukdė stoti teisman, pateikiamas faktinėmis aplinkybėmis pagrįstas ieškinys, kuriuo reikalaujama ne tikrosios ginčo dalyko, dėl kurio vyksta bylinėjimasis, vertės, bet vertės, kurią nustato ieškovas. Kad būtų akivaizdu, dar pridurta, kad net jei kas būtų nepagrįstai padavęs į teismą, jis vis dėlto gali procesine tvarka išsiieškoti tokią baudą.

2 §. Kita vertus, sulaikytasis privalo įrodyti, kad kaip tik dėl jo sulaikymo stoti teisman atsitiko taip, kad jam teisme nebuvo atstovaujama. Be to, jeigu jis vis dėlto yra atvedamas į teismą, sankcija netaikoma, nes edikto nuostatas reikia vertinti kaip susijusias su veikos sukeltais padariniais[14].

[14] T. y. kaip materialiąją pažeidimo sudėtį, kai atsakomybėn traukiama tik jei neteisėta veika turėjo padarinių (padarė žalos).

5.3. Hoc iudicium in factum est: et si plures deliquerint in singulos dabitur, et nihilo minus manet qui exemptus est obligatus:

5.4. heredibus autem ita dabitur, si eorum intersit: neque autem in heredem neque post annum dabitur.

6. ULPIANUS 35 ad ed.
Is qui debitorem vi exemit, si solverit, reum non liberat, quia poenam suam solvit.

3 §. Šis ieškinys yra pagrįstas faktinėmis aplinkybėmis. Ir jeigu neteisėtai elgėsi keletas asmenų, tai ieškinį galima pareikšti kiekvienam iš jų atskirai. Vis dėlto tas, kuriam buvo sukliudyta stoti teisman, privalo atvykti į teismą.

4 §. Įpėdiniams šis ieškinys suteikiamas [t. y. jiems leidžiama kreiptis su tokiu ieškiniu], jeigu jie tuo suinteresuoti. Tačiau pareikšti šio ieškinio įpėdiniui negalima, be to, praėjus metams jis neteikiamas.

6. *Tas pats [Ulpianas], XXXV Ed.*
Tas, kuris jėga sukliudė skolininkui stoti teisman, net jei ir sumokėtų, neatleidžia skolininko nuo prievolės grąžinti skolą, nes jis [sulaikytojas] sumoka jam pačiam paskirtą baudą.



VIII Dig.

Qui satisdare cogantur vel iurato promittant vel suae promissioni committantur



VIII skyrius

Apie tuos, kurie įpareigojami pateikti užtikrinimą, arba duoda priesaiką, arba pasižada

1. GAIUS 5 ad ed. provinc.
Satisdatio eodem modo appellata est quo satisfactio. Nam ut satisfacere dicimur ei, cuius desiderium implemus, ita satisdare dicimur adversario nostro, qui pro eo, quod a nobis petiit, ita cavit, ut eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus.

2pr. ULPIANUS 5 ad ed.
Fideiussor in iudicio sistendi causa locuples videtur dari non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate.

2.1. Si quis his personis, quae agere non potuerunt, fideiussorem iudicio sistendi causa dederit, frustra erit datio.

2.2. Praetor ait: "si quis parentem, patronum patronam, liberos aut parentes patroni patronae, liberosve suos eumve quem in potestate habebit, vel uxorem, vel nurum in iudicium vocabit: qualiscumque fideiussor iudicio sistendi causa accipiatur."

2.3. Quod ait praetor "liberosve suos", accipiemus et ex feminino sexu descendentes liberos. Parentique dabimus hoc beneficium non solum sui iuris, sed etiam si in potestate sit alicuius: hoc enim Pomponius scribit. Et filius fideiussor pro patre fieri potest, etiam si in alterius potestate sit. Nurum etiam pronurum et deinceps accipere debemus.

1. *Gajus, V Prov. ed.*
Užtikrinimo pateikimas taip pat reiškia ir prievolės įvykdymą. Sakoma, kad mes įvykdome prievolę tam, kurio reikalavimą vykdome, lygiai taip pat sakoma, kad pateikiame užtikrinimą savo priešininkui, kuris mainais už tai, ko iš mūsų reikalavo, patvarkė taip, kad mes, duodami laiduotojus, taip pat apsaugotume ir jį.

2 pr. *Ulpianas, V Ed.*
[Laiduotojo, kuris užtikrina atvykimą į teismą] mokumas vertinamas ne tik atsižvelgiant į jo turtą, bet ir į tai, ar lengva patraukti jį atsakovu teisme.

1 §. Jei kas kaip [laiduotoją, užtikrinantį atvykimą į teismą], duotų tokį asmenį, kuris negali bylinėtis teisme, tai tokio laiduotojo davimas yra niekinis.

2 §. Pretorius sako: „Jei kas šauktų teisman tėvus, patroną, patronę, patrono ir patronės tėvus arba vaikus, arba savo vaikus, arba tą, kuris jam yra pavaldus, arba žmoną, arba marčią, tai bet kas gali laiduoti, kad jie stos teisman nustatytu laiku."

3 §. Dėl to, ką pretorius vadina „arba savo vaikus", mes laikysime ir iš moterų kilusius vaikus. Šią privilegiją suteiksime ne tik tėvams, kurie yra savosios teisės asmenys, bet ir esantiesiems kieno nors valdžioje. Kaip tik taip rašo Pomponijus. Ir sūnus gali laiduoti už tėvą, nors jis būtų kieno nors valdžioje. Taip pat vertinti privalome ir marčią, vaikaičio žmoną, ir taip toliau iš eilės.

2.4. Quod ait praetor "qualiscumque fideiussor accipiatur": hoc quantum ad facultates, id est etiam non locuples.

2.5. In fideiussorem, qui aliquem iudicio sisti promiserit, tanti quanti ea res erit actionem dat praetor. Quod utrum veritatem contineat an vero quantitatem, videamus. Et melius est ut in veram quantitatem fideiussor teneatur, nisi pro certa quantitate accessit.

3. GAIUS 1 ad ed. provinc.
Sive in duplum est actio sive tripli aut quadrupli, tanti eundem fideiussorem omnimodo teneri dicimus, quia tanti res esse intellegitur.

4. PAULUS 4 ad ed.
Si decesserit qui fideiussorem dederit iudicio sistendi causa, non debebit praetor iubere exhibere eum. Quod si ignorans iusserit exhiberi vel post decretum eius ante diem exhibitionis decesserit, deneganda erit actio. Si autem post diem exhibitionis decesserit aut amiserit civitatem, utiliter agi potest.

4 §. Tai, kad pretorius pasakė „priimamas bet kuris laiduotojas", pasakyta turint galvoje turtą, t. y. priimami ir neturtingieji.

5 §. Prieš laiduotoją, kuris užtikrino, kad kas nors stos teisman, pretorius teikia ieškinį dėl tokios sumos, kokia yra ginčo dalyko vertė. Pažiūrėsime, su kuo šis laidavimas yra susijęs: su tikrąja dalyko verte ar tik su apibrėžta pinigų suma. Ir geriau, kad laiduotojas atsakytų neviršydamas tikrosios vertės, nebent jis būtų prisiėmęs atsakomybę už apibrėžtą pinigų sumą.

3. *Gajus, I Prov. ed.*
Yra ieškinys, kurio tikslas – išieškoti dukart, triskart ar keturiskart už ieškinio reikalavimą didesnę baudą. Mes sakome, kad tas pats laiduotojas bet kuriuo atveju atsako už tokią vertę, nes preziumuojama, kad tokia yra ginčo dalyko vertė.

4. *Paulius, IV Ed.*
Jei mirtų tas, kuris užtikrindamas atvykimą į teismą nustatytu laiku paskyrė laiduotoją, pretorius neprivalėtų įsakyti atvesdinti laiduotoją į teismą. Todėl jeigu pretorius nežinodamas įsakytų atvesdinti jį į teismą arba pretoriui paskelbus dekretą, o tas [kuris paskyrė laiduotoją], mirtų anksčiau nei ateitų diena, kurią reikia stoti teisman, reikėtų atsisakyti teikti ieškinį. O jeigu jis mirtų arba prarastų Romos pilietybę vėliau nei tą dieną, kurią reikėjo stoti teisman, ieškinys sėkmingai galėtų būti reiškiamas.

5pr. GAIUS 1 ad ed. provinc.
Si vero pro condemnato fideiusserit et condemnatus decesserit aut civitatem romanam amiserit, recte nihilo minus cum fideiussore eius agetur.

5.1. Qui pro rei qualitate evidentissime locupletem vel, si dubitetur, adprobatum fideiussorem iudicio sistendi causa non acceperit: iniuriarum actio adversus eum esse potest, quia sane non quaelibet iniuria est duci in ius eum, qui satis idoneum fideiussorem det. Sed et ipse fideiussor, qui non sit acceptus, tamquam de iniuria sibi facta queri poterit.

6. PAULUS 12 ad ed.
Quotiens vitiose cautum vel satisdatum est, non videtur cautum.

7pr. ULPIANUS 14 ad ed.
Si fideiussor non negetur idoneus, sed dicatur habere fori praescriptionem et metuat petitor, ne iure fori utatur: videndum quid iuris sit. Et divus Pius (ut et Pomponius libro epistularum refert et Marcellus libro tertio Digestorum et Papinianus libro tertio Quaestionum) Cornelio Proculo rescripsit merito petitorem recusare talem fideiussorem: sed si alias caveri non possit, praedicendum ei non usurum eum privilegio, si conveniatur.

5 pr. *Gajus, I Prov. ed.*
Jei kas nors būtų laidavęs už nuteistąjį ir nuteistasis mirtų arba netektų Romos pilietybės, tai neatsižvelgiant į tai būtų teisinga bylinėtis su jo laiduotoju.

1 §. Tam, kas nepriima laiduotojo, skiriamo siekiant užtikrinti atvykimą į teismą, kuris valdo pakankamai turto palyginti su tuo, ko yra reikalaujama iš atsakovo, arba jeigu kyla abejonių, tai šitai įrodžiusysis gali reikšti ieškinį dėl įžeidimo, nes iš tiesų tai nėra šiaip sau [nereikšmingas] įžeidimas – atvesdinti į teismą tą, kuris paskiria gana turtingą laiduotoją. Tačiau ir pats laiduotojas, kuris nebuvo priimtas, gali pateikti teismui pareiškimą dėl įžeidimo, tarytum jis pats būtų buvęs įžeistas.

6. *Paulius, XII Ed.*
Kiekvienąsyk, kai garantija ar užtikrinimas pateikiami neteisėtai, laikoma, kad garantija nebuvo pateikta.

7 pr. *Ulpianas, XIV Ed.*
Jeigu neneigiama, kad laiduotojas yra mokus, tačiau sakoma, jog jam priklauso prieštaravimas [atsikirtimas] dėl neteismingumo tam teismui, o ieškovas būgštauja, kad jis šia teise nepasinaudotų, tai dera išnagrinėti, ką skelbia teisė. Ir dieviškasis Pijus (kaip informuoja ir Pomponijus Laiškų, ir Marcelas III Digestų knygoje, ir Papinianas III Klausimų knygoje), pateikdamas atsakymą Kornelijui Prokului, nurodė, kad ieškovas visiškai pagrįstai nepriima tokio laiduotojo. Tačiau jeigu užtikrinimas negali būti kitaip pateikiamas, dera jam [laiduotojui] iš anksto pranešti, kad jis nepasinaudotų šia privilegija, jeigu į jį bus kreiptasi.

7.1. Si necessaria satisdatio fuerit et non facile possit reus ibi eam praestare, ubi convenitur: potest audiri, si in alia eiusdem provinciae civitate satisdationem praestare paratus sit. Si autem satisdatio voluntaria est, non in alium locum remittitur: neque enim meretur qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit.

7.2. Si satisdatum pro re mobili non sit et persona suspecta sit, ex qua satis desideratur: apud officium deponi debebit si hoc iudici sederit, donec vel satisdatio detur vel lis finem accipiat.

8pr. PAULUS 14 ad ed.
De die ponenda in stipulatione solet inter litigatores convenire. Si non conveniat, Pedius putat in potestate stipulatoris esse moderato spatio: de hoc a iudice statuendum statuendo.

8.1. Qui mulierem adhibet ad satisdandum, non videtur cavere: sed nec miles nec minor viginti quinque annis probandi sunt: nisi hae personae in rem suam fideiubeant, ut pro suo procuratore. Quidam etiam, si a marito fundus dotalis petatur, in rem suam fideiussuram mulierem.

1 §. Jeigu bus būtinas užtikrinimas ir atsakovas negalės be vargo pateikti jo ten, kur yra šaukiamas, jis gali būti išklausytas, jeigu būtų pasirengęs pateikti užtikrinimą kitame tos pačios provincijos mieste. Tačiau jeigu užtikrinimo pateikimas yra savanoriškas, tai jis neatliekamas kitoje vietoje, nes tas, kuris pats prisiėmė užtikrinimo pateikimo būtinumą, to nenusipelno.

2 §. Jeigu nebus duotas užtikrinimas dėl kilnojamojo turto ir asmuo, iš kurio reikalaujama pateikti užtikrinimą, keltų abejonių [įtarimų], tai tas turtas privalo būti deponuotas saugoti teismui, jei teisėjas pripažintų tai esant geriau, kol nebus pateiktas užtikrinimas arba nepasibaigs procesas.

8 pr. *Paulius, XIV Ed.*
Sudarydamos stipuliaciją ginčo šalys yra įpratusios tarpusavio susitarimu paskirti ginčo nagrinėjimo teisme datą. Jeigu susitarimas dėl to nepasiektas, tai, kaip yra įsitikinęs Pedijus, teisė nuspręsti dėl datos priklauso stipuliatoriui: pakankamai laiko tam paskiria teisėjas.

1 §. Tas, kuris ragina moterį pateikti užtikrinimą, garantijos, žinoma, negaus. Tačiau nei kario, nei jaunesnio nei 25 metų asmens nederėtų laikyti [laiduotoju], išskyrus atvejus, kai šie asmenys laiduoja savo bylose tarytum vietoj savo atstovo [prokuratoriaus]. Be to, kai kas mano, kad jeigu iš sutuoktinio reikalaujama kraitį sudarančio žemės sklypo, tai moteris laiduoja dėl savo turto.

8.2. Si servus inveniatur, qui antequam iudicium accipiatur fideiussit iudicatum solvi: succurrendum est actori, ut ex integro caveatur. Minori quoque viginti quinque annis succurrendum est, fortasse et mulieri propter imperitiam.

8.3. Si fideiussor iudicatum solvi stipulatori heres extiterit aut stipulator fideiussori, ex integro cavendum erit.

8.4. Tutor et curator, ut rem salvam fore pupillo caveant, mittendi sunt in municipium, quia necessaria est satisdatio: item de re restituenda domino proprietatis, cuius usus fructus datus est: item legatarius, ut caveat evicta hereditate legata reddi, et quod amplius per legem Falcidiam ceperit: heres quoque ut legatorum satisdet audiendus est, ut in municipium mittatur. Plane si misso iam legatario in possessionem, cum per heredem staret quominus caveret, heres postulet uti de possessione decedat paratumque se dicat in municipio cavere: impetrare non debebit. Diversum, si sine culpa aut dolo heredis missus sit in possessionem.

2 §. Jeigu tas, kuris tapo vergu, dar prieš pradėdamas gintis nuo pareikšto ieškinio laidavo, kad teismo sprendimas bus įvykdytas, tai ieškovui dera padėti, kad užtikrinimas būtų pateiktas iš naujo. Taip pat dera padėti ir tam, kuris yra jaunesnis nei 25 metų, ir galbūt moteriai dėl to, kad jie neišmano teisės.

3 §. Jeigu laiduotojas, laidavęs už teismo sprendimo įvykdymą, pasirodytų esąs stipuliatoriaus įpėdinis arba stipuliatorius būtų laiduotojo įpėdinis, tai derėtų iš naujo pateikti jam garantiją.

4 §. Globėjas arba rūpintojas privalo būti pasiųstas į municipijų, kad pateiktų būtiną užtikrinimą, jog globotinio [rūpintinio] turtas nebus išeikvotas; tas pats daroma ir atkuriant uzufruktą nustačiusio savininko teises; taip pat elgiasi ir legatorius, kad tuo atveju, jeigu ieškinį pareiškęs trečiasis asmuo teismo tvarka išsireikalautų palikimą, užtikrintų testamente užrašytu legatu paskirto turto ir to, ką anas gavo viršijant Falcidijos įstatymo [*lex Falcidia*] leistą dalį, sugrąžinimą. Taip pat reikia sutikti su įpėdinio prašymu pasiųsti jį į municipijų pateikti testamente užrašytų legatų užtikrinimą. Žinoma, kad jeigu užtikrinimo dėl įpėdinio kaltės nepateikusiam legatoriui jau būtų suteiktas faktinis turto valdymas ir įpėdinis pareikalautų, kad legatorius atsisakytų valdymo ir pasakytų esąs pasirengęs pateikti municipijuje užtikrinimą, tai jis neturėtų šito pasiekti. Atvirkščiai bus, jeigu legatoriui bus suteiktas faktinis turto valdymas nesant įpėdinio kaltės ar apgaulės.

8.5. Iubetur iurare de calumnia, ne quis vexandi magis adversarii causa, forsitan cum Romae possit satisdare, in municipium evocet: sed quibusdam hoc iusiurandum de calumnia remittitur, velut parentibus et patronis. Sic autem iurare debet qui in municipium remittitur "Romae se satisdare non posse et ibi posse, quo postulat remitti, idque se non calumniae causa facere": nam sic non est compellendus iurare "alibi se quam eo loco satisdare non posse", quia si Romae non potest, pluribus autem locis possit, cogitur peierare.

8.6. PAULUS 14 ad ed.
Hoc autem tunc impetrabitur, cum iusta causa esse videbitur. Quid enim si, cum erat in municipio, noluit cavere? Hoc casu non debet impetrare, cum per eum steterit, quominus ibi, ubi ire desiderat, satisdaret.

9. GAIUS 5 ad ed. provinc.
Arbitro ad fideiussores probandos constituto, si in alterutram partem iniquum arbitrium videatur, perinde ab ed atque ab iudicibus appellare licet.

5 §. Įsakyta priesaika patvirtinti ieškinio pagrįstumą dėl to, kad niekas, turėdamas tikslą sukelti daugiau nepatogumų priešingai šaliai, nešauktų jo į municipijų, kad jis verčiau Romoje galėtų pateikti užtikrinimą. Tačiau kai kurie asmenys yra atleidžiami nuo tokios priesaikos dėl ieškinio pagrįstumo, pavyzdžiui, tėvai ir patronai. Kita vertus, tas, kuris yra siunčiamas į municipijų, privalo prisiekti dėl to, kad jis „negali pateikti užtikrinimo Romoje, o gali tik ten, kur jis pareikalavo, kad jį pasiųstų, ir kad tai daro neturėdamas tikslo piktnaudžiauti". Tokiu atveju nereikia jo versti duoti priesaikos, kad „jis negali pateikti užtikrinimo kitoje vietoje, išskyrus tą"; mat jei jis negali pateikti užtikrinimo Romoje, o daugelyje kitų vietų gali tai padaryti, *tai tokiu būdu jis būtų* verčiamas duoti melagingą priesaiką.

6 §. Reikalavimas duoti priesaiką taikomas tik kai akivaizdu, kad tam esama teisėto pagrindo. Kas gi bus, jeigu jis būdamas municipijuje nepanorėjo pateikti užtikrinimo. Šiuo atveju jis neturi gauti to, ko siekia, nes pats buvo kaltas dėl to, kad nepateikė užtikrinimo ten, kur panorėjo vykti.

9. *Gajus, V Prov. ed.*
Jeigu laiduotojams priimti paskirto arbitro sprendimas vienai iš šalių pasirodys neteisingas, tai dėl jo galima apeliuoti kaip ir dėl teisėjų.

10. PAULUS 75 ad ed.

Si ab arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habendi sunt, cum potuerit querella ad competentem iudicem deferri, qui ex causa improbat ab arbitro probatos, alias improbatos probat: multoque magis, si sua voluntate accepit fideiussores, contentus his esse debet. Quod si medio tempore calamitas fideiussoribus insignis vel magna inopia accidit, causa cognita ex integro satisdandum erit.

11. ULPIANUS 75 ad ed.

Iulianus ait, si antequam ante, quam mandarem tibi ut fundum peteres, satis acceperis petiturus fundum et postea mandatu meo agere institueris, fideiussores teneri.

10. *Paulius, LXXV Ed.*

Jeigu laiduotojų kandidatūroms pritarė arbitras, tai jie privalo būti laikomi pasiturinčiais, nors gali būti paduodamas skundas kompetentingam teisėjui, kuris vienu atveju atmeta laiduotojų kandidatūras, kurioms pritarė arbitras, o kitu atveju pritaria arbitro atmestoms kandidatūroms. Ir dar labiau ieškovą turi tenkinti laiduotojai, kai jis juos priima savo valia. Todėl jei per šį laikotarpį laiduotojus ištiktų didelė nelaimė arba jie visiškai nuskurstų, tai ištyrus aplinkybes užtikrinimas privalėtų būti pateikiamas iš naujo.

11. *Ulpianas, LXXV Ed.*

Julijonas teigia, kad jei prieš tai, kai aš tave įgaliosiu pareikšti ieškinį dėl žemės sklypo ar dvaro, tu, ketindamas pareikšti tokį ieškinį, gautum užtikrinimą ir vėliau, vykdydamas mano pavedimą, pradėtum teismo procesą, tai būtų atsakingi laiduotojai.

12. ULPIANUS 77 ad ed.
Inter omnes convenit heredem sub condicione, pendente condicione possidentem hereditatem, substituto cavere debere de hereditate, et, si defecerit condicio, adeuntem hereditatem substitutum et petere hereditatem posse et, si optinuerit, committi stipulationem. Et plerumque ipse praetor et ante condicionem existentem et ante diem petitionis venientem ex causa iubere solet stipulationem interponi.

13. PAULUS 75 ad ed.
Sed et si plures substituti sint, singulis cavendum est.

14. PAULUS 2 resp.
Filius familias defendit absentem patrem: quaero an iudicatum solvi satisdare debeat. Paulus respondit eum qui absentem defendit, etiam si filius vel pater sit, satisdare petituro ex forma edicti debere.

12. *Tas pats [Ulpianas], LXXVII Ed.*
Visi sutinka su tuo, kad įpėdinis, paskirtas su tam tikra sąlyga ir valdantis palikimą, būdamas neapibrėžtos padėties [nes sąlygoje aptartas įvykis dar nėra įvykęs], privalo pateikti užtikrinimą dėl palikimo pakaitiniam įpėdiniui [asmeniui, užimsiančiam nurodyto (pirmojo) įpėdinio vietą, t. y. substitutui], ir jeigu sąlyga nebus įvykdyta, tai paveldintysis substitutas galės pareikšti ieškinį dėl palikimo išreikalavimo, ir jeigu jis tą palikimą gaus, stipuliacija dėl užtikrinimo pateikimo įsigalios. Ir dėl šios priežasties daugeliu atvejų pats pretorius tiek prieš sąlygos įvykdymą, tiek prieš termino paduoti ieškinį dėl palikimo pabaigą paprastai liepia atlikti stipuliaciją.

13. *Paulius, LXXV Ed.*
Net jei būtų keletas substitutų, užtikrinimą reikia pateikti kiekvienam atskirai.

14. *Tas pats [Paulius], II Atsak.*
Sūnus, esantis tėvo valdžioje, teisme gina tėvo, kuris nedalyvauja [yra išvykęs], interesus. Aš klausiu, ar jis privalo laiduoti už priimto teismo sprendimo įvykdymą. Paulius atsako, kad tas, kuris teisme gina nedalyvaujančiojo [išvykusiojo] interesus, nors jis būtų sūnus arba tėvas, privalo, kaip nustato ediktas, pateikti užtikrinimą tam, kuris ketina pareikšti ieškinį.

15pr. MACER 1 de appellat.
Sciendum est possessores immobilium rerum satisdare non compelli.

15.1. Possessor autem is accipiendus est, qui in agro vel civitate rem soli possidet aut ex asse aut pro parte. Sed et qui vectigalem, id est emphyteuticum agrum possidet, possessor intellegitur. Item qui solam proprietatem habet, possessor intellegendus est. Eum vero, qui tantum usum fructum habet, possessorem non esse Ulpianus scripsit.

15.2. Creditor, qui pignus accepit, possessor non est, tametsi possessionem habeat aut sibi traditam aut precario debitori concessam.

15.3. Si fundus in dotem datus sit, tam uxor quam maritus propter possessionem eius fundi possessores intelleguntur.

15.4. Diversa causa est eius, qui fundi petitionem personalem habet.

15.5. Tutores, sive pupilli eorum sive ipsi possideant, possessorum loco habentur: sed et si unus ex tutoribus possessor fuit, idem dicendum erit.

15 pr. *Maceras, I „Apie apeliacijas"*
Dera žinoti, kad nekilnojamojo turto valdytojai nėra įpareigojami pateikti užtikrinimą.

1 §. Valdytoju pripažintinas tas, kam laukuose ar mieste priklauso visas žemės sklypas arba jo dalis. Tačiau ir tas, kuris už nustatytą atlyginimą naudojasi valstybės žeme pagal emfiteuzės [ilgalaikės nuomos] teisę, laikomas valdytoju; taip pat tas, kam priklauso vien tik nuosavybės teisė [nuosavybė be teisės į daikto duodamus vaisius – *nuda proprietas*], privalo būti pripažįstamas valdytoju, kaip rašė Ulpianas.

2 §. Kreditorius, priėmęs įkeičiamą daiktą, nėra valdytojas, nors valdymas jam skolininko būtų perduotas arba suteiktas iki pareikalavimo.

3 §. Jeigu žemės sklypas yra duotas kaip kraitis, tai tiek žmona, tiek vyras, valdantys tokį sklypą, yra pripažįstami žemės valdytojais.

4 §. Kitokia padėtis yra to, kuriam priklauso asmeninio pobūdžio reikalavimas į sklypą.

5 §. Globėjai, nesvarbu, ar valdytų jų globotiniai, ar jie patys, turi valdytojų padėtį; tačiau jeigu ir vienas iš globėjų būtų valdytojas, reikia pasakyti tą patį.

15.6. Si fundum, quem possidebam, a me petieris, deinde cum secundum te esset iudicatum, appellaverim: an possessor eiusdem fundi sim? Et recte dicetur possessorem me esse, quia nihilominus possideo, nec ad rem pertinet, quod evinci mihi ea possessio possit.

6 §. Jeigu tu pareikši reikalavimą dėl mano valdomo sklypo priteisimo tau ir po to, kai byla bus išspręsta tavo naudai, aš pateiksiu apeliacinį skundą, tai ar aš būsiu šio sklypo valdytojas? Ir teisingai sakoma, kad aš valdytojas, nes nepaisant to [kad priimtas teismo sprendimas], aš valdau, ir nesusijusi su byla ta aplinkybė, kad mano valdymas iš manęs gali būti atiteistas.

15.7. Possessor autem quis nec ne fuerit, tempus cautionis spectandum est: nam sicuti ei, qui post cautionem possessionem vendidit, nihil obest, ita nec prodest ei, qui post cautionem possidere coepit.

7 §. Klausimas, ar kas nors yra ar nėra valdytojas, privalo būti sprendžiamas atsižvelgiant į tą laiką, kada pateikiamas užtikrinimas, nes kaip niekas nekenkia tam, kas pateikęs užtikrinimą pardavė nekilnojamąjį turtą, taip niekas neatneša naudos ir tam, kas po užtikrinimo pateikimo pradeda nekilnojamąjį turtą valdyti.

16. PAULUS 6 ad ed.
Qui iurato promisit iudicio sisti, non videtur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit.

16. *Paulius, VI Ed.*
Kas duodamas priesaiką pažadėjo stoti teisman, nelaikomas melagingai prisiekusiu, jeigu to neįvykdys dėl svarbios priežasties.



IX Dig.

Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caveatur



IX skyrius

Kaip turi būti duodamas užtikrinimas, jeigu pareiškiamas noksalinis ieškinys

1 pr. ULPIANUS 7 ad ed.
Si quis eum, de quo noxalis actio est, iudicio sisti promisit, praetor ait in eadem causa eum exhibere, in qua tunc est, donec iudicium accipiatur.

1.1. "In eadem causa" quid sit, videamus: et puto verius eum videri in eadem causa sistere, qui ad experiendum non facit ius actoris deterius. Si desinat servus esse promissoris vel actio amissa sit, non videri in eadem causa statum Labeo ait: vel si qui pari loco erat in litigando, coepit esse in duriore, vel loco vel persona mutata: itaque si quis ei qui in foro promissoris conveniri non potest venditus aut potentiori datus sit, magis esse putat, ut non videatur in eadem causa sisti. Sed et si noxae deditus sit, Ofilius non putat in eadem causa sisti, cum noxae deditione ceteris noxalem actionem peremi putat.

1 pr. *Ulpianas, VII Ed.*
Jei kas nors užtikrino, kad tas, kam yra pareikštas noksalinis ieškinys, stos į teismą, tai pretorius sako, kad jis pristato jį teisman tokios pačios teisinės padėties, kokios jis yra, kol įstos į procesą ir pradės gintis nuo jam pareikšto ieškinio.

1 §. Pažiūrėsime, ką reiškia „tokios pačios padėties". Aš manau esant teisinga pristatančiu [ką nors] į teismą laikyti tokios pačios teisinės padėties tą, kuris vedant bylą neblogina ieškovo teisinės padėties. Jeigu vergas nustoja būti promisoriaus [pažadėjusiojo įvykdyti kokią nors prievolę] nuosavybe arba išnyksta teisė į ieškinį, tai, kaip teigia Labeonas, nelaikoma, kad jis likęs tokios pačios teisinės padėties. Tas pats atsitinka ir kai kas nors, bylinėjimosi požiūriu būdamas lygiavertės padėties, pakeitęs savo teisinį statusą arba proceso šalį pateko į mažiau palankią [sunkesnę] padėtį. Taigi jeigu vergas bus parduotas tam, kas negali būti šaukiamas į teismą kaip promisorius, arba perduotas galingesniajam (turinčiajam daugiau teisių), tai, kaip tvirtina Labeonas, verčiau nelaikyti, kad jis [vergas] buvo atvestas į teismą tos pačios padėties. Tačiau ir jei žalą padaręs kaltasis bus atiduotas [nukentėjusiajam], Ofilijus nemano, kad jis pasiliks tos pačios padėties, nes, jo nuomone, noksalinis ieškinys išnyksta perduodant žalos kitiems asmenims padariusįjį.

2pr. PAULUS 6 ad ed.
Sed alio iure utimur. Nam ex praecedentibus causis non liberatur noxae deditus: perinde enim noxa caput sequitur, ac si venisset.

2.1. Si absens sit servus, pro quo noxalis actio alicui competit: si quidem dominus non negat in sua potestate esse, compellendum putat Vindius vel iudicio eum sisti promittere vel iudicium accipere, aut, si nolit defendere, cauturum, cum primum potuerit, se exhibiturum: sin vero falso neget in sua potestate esse, suscepturum iudicium sine noxae deditione. Idque Iulianus scribit et si dolo fecerit, quominus in eius esset potestate. Sed si servus praesens est, dominus abest nec quisquam servum defendit, ducendus erit iussu praetoris: sed causa cognita domino postea dabitur defensio, ut Pomponius et Vindius scribunt, ne ei absentia sua noceat: ergo et actori actio restituenda est, perempta eo quod ductus servus in bonis eius esse coepit.

2 pr. *Paulius, VI Ed.*
Tačiau mes laikomės kitokių teisinių nuostatų. Mat remiantis tuo, kas prieš tai išdėstyta, perduotasis [žalos sukėlęs] kaltininkas netampa laisvas [nuo atsakomybės], nes atsakomybė už žalą seka paskui pažeidėją lygiai taip, tarytum jis būtų buvęs parduotas.

1 §. Jeigu nebus vergo, dėl kurio kam nors priklauso noksalinis ieškinys, tai, jeigu tik šeimininkas neneigia, kad jis yra jo valdžioje, Vindijus mano esant būtina priversti [šeimininką] arba pažadėti pristatyti jį į teismą, arba pačiam atsakyti pagal ieškinį, arba, jeigu jis nepanorėtų vergo ginti, pateikti užtikrinimą, kad kai tik galės, pristatys jį į teismą. Tačiau jeigu jis melagingai neigs, kad anas yra jo valdžioje, pats atsakys pagal ieškinį ir neteks teisės perduoti kaltininką. Julijonas rašo, kad taip pat atsitiktų ir jeigu tyčia padarytų taip, kad vergas nebebūtų jam pavaldus. Tačiau jeigu vergas yra, o šeimininko nėra, ir niekas vergo negina, tai, pagal pretoriaus įsakymą, būtina, kad ieškovas jį vestųsi su savimi. Kita vertus, kaip rašo Pomponijus ir Vindijus, susipažinus su byla šeimininkui vėliau bus teikiama gynyba, kad nedalyvaudamas jis nepatirtų žalos. Ir atitinkamai ieškovui atkuriama teisė į ieškinį, kuri buvo išnykusi dėl to, kad ieškovo išsivestas vergas tapo jo [ieškovo] bonitarine [pretorine] nuosavybe.

3. ULPIANUS 7 ad ed.
Si cum usufructuario noxali iudicio agetur isque servum non defenderit, denegatur ei per praetorem usus fructus persecutio.

4. GAIUS 6 ad ed. provinc.
Si cum uno ex dominis noxalis agetur, an pro parte socii satisdare deberet? Sabinus ait non debere: quia quodammodo totum suum hominem defenderet, cui in solidum defendendi necessitas esset, nec auditur, si pro parte paratus sit defendere.

5. ULPIANUS 47 ad Sab.
Si servum in eadem causa sistere quidam promiserit et liber factus sistatur: si de ipso controversia est capitalium actionum iniuriarumque nomine, non recte sistitur: quia aliter de servo supplicium et verberibus de iniuria satisfit, aliter de libero vindicta sumitur vel condemnatio pecuniaria. Quod autem ad ceteras noxales causas pertinet, etiam in meliorem causam videtur pervenisse.

6. PAULUS 11 ad Sab.
Sed si statu liberum sisti promissum sit, in eadem causa sisti videtur, quamvis liber sistatur, quod implicitus ei casus libertatis fuerit.

3. *Ulpianas, VII Ed.*
Jeigu uzufruktoriui pareiškiamas noksalinis ieškinys ir jis vergo negins, tai pretorius nesuteikia jam teisės teismo tvarka ginti uzufruktą.

4. *Gajus, VI Prov. ed.*
Jeigu vienam iš šeimininkų bus reiškiamas noksalinis ieškinys, ar jis privalo pateikti užtikrinimą dėl savo bendrininkų? Sabinas teigia, kad neprivalo, nes tas, kam buvo būtina ginti visumą, tam tikra prasme gynė vergą kaip savo vieno nuosavybę. Ir nepaisoma, ar jis yra pasirengęs ginti vergą tik iš dalies.

5. *Ulpianas, XLVII Sab.*
Jeigu kas nors pažadėtų pristatyti vergą į teismą tos pačios padėties, o tas, tapęs laisvas, pasirodytų teisme, tai jeigu su juo susijęs teisminis ginčas būtų paremtas baudžiamaisiais ieškiniais arba žalos asmeniui [skriaudos] ieškiniais, jis stotų į teismą netinkamai. Kadangi viena yra vergas, kuriam pakankama bausmė už žalos asmeniui padarymą [skriaudą, įžeidimą] yra nuplakdinimas, o kita – laisvasis, kuriam kaip nuobauda paskiriama, pavyzdžiui, sumokėti tam tikrą pinigų sumą. Kai dėl kitų noksalinių procesų, laikoma, kad jis dargi pagerino savo padėtį.

6. *Paulius, XI Sab.*
Tačiau jeigu būtų pažadėta pristatyti į teismą *statuliber*[15], tai, nors jis atvyktų ten [jau] būdamas laisvas, laikoma, kad prieš teismą jis stos būdamas tos pačios teisinės padėties, nes laisvės įgijimas buvo susijęs su jo ankstesniąja padėtimi.

---

[15] *Statuliber* – asmuo, kuris į laisvę paleidžiamas, kol įvyks tam tikra sąlyga arba sueis tam tikras terminas.



X Dig.

De eo per quem factum erit quominus quis in iudicio sistat



X *skyrius*

Apie asmenį, kurio veiksmai kam nors sutrukdė stoti teisman

1 pr. ULPIANUS 7 ad ed.
Aequissimum putavit praetor dolum eius coercere, qui impedit aliquem iudicio sisti.

1.1. Fecisse autem dolo malo non tantum is putatur, qui suis manibus vel per suos retinuerit retinuit, verum qui alios quoque rogavit ut eum detinerent vel abducerent, ne iudicio sistat, sive scientes sive ignorantes quid esset quod comminisceretur.

1.2. Dolum autem malum sic accipimus, ut si quis venienti ad iudicium aliquid pronuntiaverit triste, propter quod is necesse habuerit ad iudicium non venire, teneatur ex hoc edicto: quamvis quidam putent sibi eum imputare, qui credulus fuit.

1.3. Si reus dolo actoris non steterit, non habebit reus adversus eum actionem ex hoc edicto, cum contentus esse possit exceptione, si ex stipulatu conveniatur de poena, quod ad iudicium non venerit. Aliter atque si ab alio sit impeditus: nam actionem propositam adversus eum exercebit.

1 pr. *Ulpianas, VII Ed.*
Pretorius manė esant būtina teisingiausiai nubausti tą, kuris tyčia kam nors sutrukdė stoti teisman.

1 §. Manytina, kad tyčia veikia ne tik tas, kuris savo rankomis arba padedamas saviškių laikytų ką nors sulaikęs, tačiau ir tas, kuris prašytų kitų, kad jie laikytų sulaikę tą asmenį [kuris privalo stoti teisman] arba jį kur nors išvestų, kad jis nestotų teisman; nesvarbu, ar apie tokį ketinimą jiems buvo žinoma, ar ne.

2 §. Tyčią mes suvokiame ta prasme, kad jeigu kas nors vykstančiajam į teismą praneštų liūdną žinią, dėl kurios šiam būtų pasirodę būtina nebevykti į teismą, tai jis yra atsakingas pagal šį ediktą; kita vertus, kai kurie teisininkai yra įsitikinę, kad jis pats [teisman stoti šaukiamas asmuo] privalo atsakyti už tai, kad buvo lengvatikis.

3 §. Jeigu atsakovas nestotų į teismą dėl ieškovo tyčios, pagal ediktą atsakovui nebūtų suteikta teisė pareikšti ieškinį ieškovui, nes jo interesai ginami suteikiant teisę pareikšti procesinę išlygą [atsikirtimą] tuo atveju, kai jam sudarant su ieškovu stipuliaciją reiškiamas ieškinys sumokėti pažadėtą mokėti baudą už neatvykimą į teismą. Kitas reikalas, jeigu atvykti sukliudo kas nors kitas, nes prieš tokį asmenį teikiamas magistrato užfiksuotas ieškinys.

1.4. Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: sed si unus praestitit poenam, ceteri liberantur, cum nihil intersit.

1.5. Servi nomine ex hac causa noxali iudicio agendum omnes consentiunt.

1.6. Et heredi datur, sed non ultra annum. Adversus heredem autem hactenus puto dandam actionem, ut ex dolo defuncti heres non lucretur.

2. PAULUS 6 ad ed.
Si actoris servus domino sciente et cum possit non prohibente dolo fecerit, quo minus in iudicio sistam, Ofilius dandam mihi exceptionem adversus dominum ait, ne ex dolo servi dominus lucretur. Si vero sine voluntate domini servus hoc fecerit, Sabinus noxale iudicium dandum ait nec factum servi domino obesse debere nisi hactenus, ut ipso careat: quando ipse nihil deliquit.

4 §. Jeigu keletas asmenų atliko tyčinius veiksmus, atsakomybė kyla visiems, tačiau vienam sumokėjus baudą kiti tampa laisvi [nuo prievolės mokėti baudą], nes ieškovas nėra suinteresuotas [išieškoti baudą iš kitų].

5 §. Visų nuomonė sutampa dėl to, kad tuo remiantis vergui turi būti reiškiamas noksalinis ieškinys.

6 §. Jis suteikiamas ir įpėdiniui [teisių perėmėjui], tačiau ne ilgiau kaip vieniems metams. Teisę pareikšti ieškinį įpėdiniui, mano nuomone, būtina suteikti, kad įpėdinis neturėtų turtinės naudos iš mirusiojo apgaulės.

2. *Paulius, VI Ed.*
Jeigu ieškovo vergas šeimininkui žinant tyčia padarė taip, kad aš nestočiau į teismą, o šeimininkas, turėdamas galimybę jam sukliudyti, nesukliudė, tai, kaip teigia Ofilijus, man turėtų būti suteikiamas atsikirtimas prieš šeimininką, o jis neturėtų turtinės naudos iš tyčinių vergo veiksmų. Jeigu vergas taip pasielgtų be šeimininko leidimo, tai, kaip teigia Sabinas, būtina suteikti noksalinį ieškinį ir vergo veika neturėtų kenkti šeimininkui, nebent jis netektų paties vergo, nes pats šeimininkas jokios neteisėtos veikos nepadarė.

3pr. IULIANUS 2 Dig.
Ex hoc edicto adversus eum, qui dolo fecit, quo minus quis in iudicium vocatus sistat, in factum actio competit quanti actoris interfuit eum sisti. In quo iudicio deducitur si quid amiserit actor ob eam rem: veluti si reus tempore dominium rei interim sibi adquirat aut actione liberatus fuerit.

3.1. Plane si is, qui dolo fecerit, quo minus in iudicio sistatur, solvendo non fuerit, aequum erit adversus ipsum reum restitutoriam actionem competere, ne propter dolum alienum reus lucrum faciat et actor damno adficiatur.

3.2. Si et stipulator dolo Titii et promissor dolo Maevi impeditus fuerit, quo minus in iudicio sistatur: uterque adversus eum, cuius dolo impeditus fuerit, actione in factum experietur.

3.3. Si et stipulator dolo promissoris et promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quo minus ad iudicium veniret: neutri eorum praetor succurrere debebit, ab utraque parte dolo compensando.

3 pr. *Julijonas, II Dig.*
Pagal šį ediktą, prieš tą, kuris naudodamasis apgaule padarė taip, kad koks nors asmuo, kuris buvo šaukiamas stoti į teismą, ten nenuvyko, atsiranda teisė pareikšti faktinėmis aplinkybėmis pagrįstą ieškinį, kuriuo reikalaujama atlyginti ieškovui žalą, kurią jis patyrė anam [atsakovui] neatvykus į teismą. Šio ieškinio dalykas yra tai, ko ieškovas dėl to neteko, pavyzdžiui, per tą laiką atsakovas įgijo nuosavybės teisę [dėl suėjusios įgyjamosios senaties] arba baigėsi jo atsakomybė pagal ieškinį.

1 §. Žinoma, jei tas, kuris tyčia padarė taip, kad kas nors nestotų į teismą, nebūtų mokus, tai teisinga, kad ieškinys dėl restitucijos taikymo būtų pareiškiamas pačiam atsakovui, kad pastarasis negautų naudos iš kito asmens apgaulės, o ieškovas nepatirtų žalos.

2 §. Jeigu ir stipuliatorius dėl Ticijaus apgaulės, ir promisorius dėl Mevijaus apgaulės būtų sulaikomi nuo stojimo teisman, ir vienas, ir kitas turėtų teisę pareikšti faktinėmis aplinkybėmis pagrįstą ieškinį tam, kuris apgaule sulaikė juos nuo stojimo teisman.

3 §. Jeigu ir stipuliatorius dėl promisoriaus apgaulės, ir promisorius dėl stipuliatoriaus apgaulės būtų sulaikomi nuo stojimo teisman, pretorius neprivalėtų nė vienam iš jų suteikti gynybos priemonės, nes vienos šalies naudojimasis apgaule kompensuoja kitos šalies naudojimąsi apgaule[16].

[16] T. y. kai apgaudinėjimas (apgaulė) yra abipusis.

3.4. Si a fideiussore quinquaginta stipulatus fuero, si in iudicium reus non venerit, petiturus a reo centum, et dolo malo Sempronii factum fuerit, ne in iudicium reus veniat: centum a Sempronio consequar. Tanti enim mea interfuisse videtur, quia, si venisset in iudicium, actio mihi centum adversus reum vel adversus heredem eius competebat, licet fideiussor minorem summam mihi promiserit.

4 §. Jeigu, pavyzdžiui, aš, ketindamas iš atsakovo pareikalauti 100, stipuliuoju, kad laiduotojas sumokės 50, jeigu atsakovas į teismą neatvyks, o Sempronijus tyčia padarytų taip, kad atsakovas į teismą nestotų, tai aš galėčiau iš Sempronijaus gauti 100. Ir iš tiesų akivaizdu, kad aš buvau suinteresuotas gauti tokią sumą, nes jei jis būtų stojęs į teismą, man priklausytų teisė pareikšti ieškinį reikalaujant 100 iš atsakovo arba jo įpėdinio, nors laiduotojas ir buvo man pažadėjęs sumokėti mažiau.



XI Dig.

Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperaverit



XI skyrius

Jei kas nors neištesėtų duoto pažado stoti teisman

1. GAIUS 1 ad ed. provinc.
Vicena milia passum in singulos dies dinumerari praetor iubet praeter eum diem, quo cautum promittitur, et in quem sistere in iudicium oportet. Nam sane talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa est.

2pr. ULPIANUS 74 ad ed.
Non exigimus reum iudicio sisti, si negotium, propter quod iudicio sisti promisit, fuerit transactum: sed hoc ita, si prius id negotium transactum sit, quam sisti oporteret. Ceterum si postea transactum est, exceptio doli opponi debet: quis enim de poena promissa laborat post negotium transactum? Cum etiam transacti negotii exceptionem putaverit quis nocere, quasi etiam de poena transactum sit, nisi contrarium specialiter partibus placuerit.

2.1. Si quis municipalis muneris causa sine suo dolo malo impeditus in iudicio secundum suam promissionem non stetit, aequissimum est tribui ei exceptionem.

2.2. Simili modo et si ad testimonium desideratus ad iudicium occurrere non potuit, erit ei subveniendum.

1. *Gajus, I Prov. ed.*
Pretorius įsako [atsakovui] kasdien [nueiti] 20 mylių, neskaitant dienos, kurią jis pažada pateikti užtikrinimą ir kurią jis privalo atvykti į teismą. Iš tiesų toks kelio skaičiavimas nevargina nė vienos iš ginčo šalių.

2 pr. *Ulpianas, LXXIV Ed.*
Mes nereikalaujame, kad atsakovas stotų teisman, jeigu ginčas, dėl kurio jis buvo pasižadėjęs atvykti, yra taikos sutarties dalykas. Tačiau taip esti, jeigu taikos sutartis buvo sudaryta anksčiau nei reikėjo stoti prieš teismą. Kitais atvejais, jeigu taikos sutartis buvo sudaryta vėliau, tai atsakovas privalo gintis pareikšdamas atsikirtimą, kad naudojamasi apgaule, nes kas gi, sudaręs taikos sutartį, rūpintųsi bauda? Ir kas gi manytų, kad išlyga, pagrįsta taikos sutarties sudarymu, padarytų tokios žalos kaip tuo atveju, kai buvo sudaryta taikos sutartis dėl piniginės baudos, išskyrus atvejį, kai tiesiogiai išreikštų priešingą valią.

1 §. Jeigu kas nors, būdamas sulaikytas dėl municipalinių priedermių, be savo paties tyčios nestotų teisman, kaip buvo žadėjęs, tam teisingai būtų suteikiama teisė pasinaudoti atsikirtimu.

2 §. Lygiai taip pat dera teikti pagalbą ir tam, kuris, raginamas atvykti į teismą kaip liudytojas duoti parodymų, negalėjo ten atvykti.

2.3. Si quis iudicio se sisti promiserit et valetudine vel tempestate vel vi fluminis prohibitus se sistere non possit, exceptione adiuvatur, nec immerito. Cum enim in tali promissione praesentia opus sit, quemadmodum potuit se sistere qui adversa valetudine impeditus est? Et ideo etiam lex duodecim tabularum, si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicii esse diffisum.

2.4. Si non propter valetudinem mulier non steterit iudicio, sed quod gravida erat, exceptionem ei dandam Labeo ait: si tamen post partum decubuerit, probandum erit quasi valetudine impeditam.

2.5. Idem est et si quis furere coeperit: nam qui furore impeditur, valetudine impeditur.

2.6. Quod diximus succurri etiam ei, qui tempestate aut vi fluminis prohibitus non venit, tempestatem sic intellegere debemus, sive maritima sive terrestris sit. Tempestatem intellegere debemus talem, quae impedimento sit itineri vel navigationi.

2.7. Vis fluminis etiam sine tempestate accipienda est: vim fluminis intellegimus, et si magnitudo eius impedimento sit sive pons solutus sit vel navigium non stet.

3 §. Jeigu kas nors būtų pažadėjęs stoti teisman ir negali atvykti, nes tam kliudo jo sveikatos būklė arba dargana, arba upės srovė, tai jis yra ginamas procesine išlyga [atsikirtimu] ir tam yra pakankamas pagrindas. Kadangi duodant pažadą buvo kalbama apie asmens dalyvavimą teisme, tai kaipgi galėtų stoti teisman tas, kuriam sutrukdė prasta sveikata? Ir todėl netgi XII lentelių įstatymai įsako atidėti teismo dieną, jeigu teisėjui arba kam nors iš bylininkų kliudo sunki liga *(morbus sonticus).*

4 §. Jeigu moteris nestojo teisman ne dėl ligos, o todėl, kad yra nėščia, tai, kaip teigia Labeonas, ji galinti pasinaudoti procesine išlyga. Be to, net jei ji atgultų į patalą po gimdymo, laikytina, kad nuo stojimo teisman buvo sulaikyta ligos.

5 §. Taip pat esti, jei kas netenka proto: jam taip pat trukdo liga.

6 §. Todėl mes nutarėme ginti ir tą, kuris nestojo teisman, nes jam sutrukdė dargana arba potvynis. Darganą privalome suprasti šitaip: tai arba jūroje kilusi audra, arba sausumoje kilusi vėtra. Dargana turime laikyti tokias aplinkybes, kurios trukdo keliauti sausuma arba vandeniu.

7 §. Manyti esant potvynį reikia ir tada, kai nėra darganos. Potvyniu laikome tokį atvejį, kai jo išplitimas arba pakilusio vandens nuneštas tiltas tampa kliūtimi arba sutrikdo laivyba.

2.8. Si quis tamen cum posset non incidere in tempestatem vel in fluminis vim, si ante profectus esset vel tempore oportuno navigasset, ipse se artaverit: numquid exceptio ei minime prosit? Quod quidem causa cognita erit statuendum. Nam neque sic artandus sit, ut possit ei dici, cur non multo ante profectus est quam dies promissionis veniret: neque iterum permittendum ei, si quid sit quod ei imputetur, causari tempestatem vel vim fluminis. Quid enim si quis, cum Romae esset ipso tempore promissionis sistendi, nulla necessitate urguente voluptatis causa in municipium profectus sit? Nonne indignus est, cui haec exceptio patrocinetur? Aut quid si tempestas quidem in mari fuit, terra autem iste potuit venire: vel flumen circumire? Aeque dicendum non semper ei exceptionem prodesse: nisi angustiae non patiebatur terra iter metiri vel circumire. Cum tamen vel flumen sic abundasset, ut implesset omnem locum, in quo sisti oportuit, vel aliqua fortuita calamitas eundem locum evertit vel praesentiam venienti periculosam fecit, ex bono et aequo et hic exceptio ei accommodanda est.

8 §. Tačiau jei kas nors, galėjęs išvengti darganos ar potvynio, jei tik būtų išsirengęs į kelią anksčiau arba išplaukęs palankiu metu, pats įstūmė save į sunkią padėtį, tai ar jis apskritai negalės pasinaudoti procesine išlyga? Būtent tai ir reikia nuspręsti susipažinus su byla. Nedera elgtis itin griežtai ir klausinėti, kodėl neišsirengė į kelią gerokai anksčiau nei toji diena, kurią pažadėjo stoti teisman. Kita vertus, nedera leisti pasiteisinti dargana arba potvyniu, jei būtų kas nors kita, dėl ko būtų galima prikišti esant kaltę. Tad kaipgi, jei kas nors, būdamas Romoje tuo laiku, kuriuo pažadėjo stoti teisman, nesant jokios būtinybės, savo malonumui išsiruoštų į municipijų? Argi jis nusipelno būti ginamas remiantis šia procesine išlyga [atsikirtimu]? Arba kas tada, jei blogas oras buvo tik jūroje, o sausuma jis galėjo keliauti, arba galėjo upę aplenkti? Teisingumo dėlei reikia pasakyti, kad ne visada jis galės pasinaudoti procesine išlyga (atsikirtimu), o tik jei dėl laiko stygiaus negalėjo įveikti kelio sausuma arba aplenkti [upės]. Kita vertus, jei upės vanduo taip pakilo, kad užliejo visą apylinkę, kurioje jam reikėjo stoti prieš teismą, arba kokia nors netikėta nelaimė nusiaubė tą vietovę, arba dėl to atvykstančiajam tapo pavojinga joje būti, tai tokiu atveju, remiantis gėrio ir teisingumo principais, jam dera suteikti procesinę išlygą.

2.9. Simili modo exceptio datur ei, qui cum ad iudicium venire volebat, a magistratu retentus est, et retentus sine dolo malo ipsius: nam si ipse hoc affectavit vel causam praestitit, non ei proderit exceptio: sed ipsius quidem dolus ei oberit, ceterorum non oberit, qui dolo fecerunt ut retineretur. Sed si privatus eum detinuerit, nullo modo ei proderit haec exceptio,

3. PAULUS 69 ad ed.
sed actio ei datur adversus eum qui detinuit in id quod eius interest.

4pr. ULPIANUS 74 ad ed.
Sed et si quis rei capitalis ante condemnatus iudicio sistere se non potuit, merito huic ignoscitur: rei capitalis condemnatum accipere debemus, qui morte exiliove coercitus est. Dixerit aliquis, quo ergo haec exceptio damnato? Sed respondebitur fideiussoribus eius esse necessariam: aut si forte in exilium salva civitate abiit, ubi defensori eius exceptio ista proderit.

9 §. Lygiai taip pat procesinė išlyga [atsikirtimas] yra suteikiama tam, kuris, nors ir norėjo stoti prieš teismą, buvo sulaikytas magistrato ir toks sulaikymas įvyko nesant jo tyčios. Jeigu jis pats to siekė arba sudarė tam sąlygas, tai neturės jokios naudos iš atsikirtimo. Tačiau jo apgaulė pakenks jam pačiam, o kitų asmenų apgaulė, panaudota sulaikyti jį nuo stojimo prieš teismą, nepakenks. Jeigu jį sulaikys privatus asmuo, tai jis niekaip negali pasinaudoti šia procesine išlyga,

3. *Paulius, LXIX Ed.*
tačiau jam suteikiamas ieškinys, kurį galima pareikšti tam, kuris jį sulaikė, reikalaujant atlyginti dėl to patirtą žalą.

4 pr. *Ulpianas, LXXIV Ed.*
Ir jeigu kas nors, prieš tai apkaltintas kriminalinio nusikaltimo padarymu, negalėjo stoti teisman, tai jam visiškai pagrįstai atleidžiama. Apkaltintuoju kriminalinio nusikaltimo padarymu privalome laikyti tą, kuris nuteistas myriop arba ištrėmimu. Kas nors galėtų paklausti, kam gi nuteistajam toji procesinė išlyga? Bus atsakyta, kad ji reikalinga jo laiduotojams, arba tuo atveju, jei jis pasitrauktų tremtin išsaugojęs Romos pilietybę, ir dėl to jo gynėjui būtų naudinga būtent ši procesinė išlyga.

4.1. Illud sciendum est eum, qui idcirco non stetit, quia capitis reus factus est, in ea causa esse, ut exceptione uti non possit: damnato enim datur. Plane si vinculis vel custodia militari impeditus ideo non stetit, in ea erit causa, ut exceptione utatur.

4.2. Praeterea si funere quis domestico impeditus non venit, debet ei exceptio dari.

4.3. Item si quis in servitute hostium fuerit ac per hoc in iudicium non stetit, debet exceptione adiuvari.

4.4. Quaesitum est an possit conveniri, ne ulla exceptio in promissione deserta iudicio sistendi causa facta obiciatur: et ait Atilicinus conventionem istam non valere. Sed ego puto conventionem istam ita valere, si specialiter causae exceptionum expressae sint, quibus a promissore sponte renuntiatum est.

4.5. Item quaeritur, si quis, cum iudicio sistendi causa satisdare non deberet, satisdato promiserit, an fideiussoribus eius exceptio detur. Puto interesse, utrum per errorem satisdato promissum est an ex conventione: si per errorem, dandam fideiussoribus

1 §. Dera žinoti, kad tas, kuris neatvyko į teismą dėl to, kad yra kaltinamas labai sunkaus nusikaltimo padarymu, pagal savo padėtį negali pasinaudoti procesine išlyga, nes ji suteikiama tam, kuris yra nuteistas. Žinoma, jeigu jį kausto grandinės arba [varžo] kareivių sargyba ir jis neatvyko dėl šios priežasties, tai jis pateks į tokią padėtį, kad galės naudotis procesine išlyga.

2 §. Be to, jei kas nors neatvyko, nes sutrukdė namiškio laidotuvės, jam privalo būti suteiktas procesinis atsikirtimas [išlyga].

3 §. Taip pat jei kas nors būtų patekęs į priešo vergovę ir dėl to neatvykęs į teismą, jam taip pat dera padėti ir suteikti procesinę išlygą [atsikirtimą].

4 §. Klausiama, ar gali būti sudarytas susitarimas, kad jokia procesinė išlyga negalėtų būti reiškiama neįvykdžius pažado stoti prieš teismą? Ir Atilicinas sako, kad toks susitarimas yra niekinis. Tačiau aš manau, kad toks susitarimas galioja tuo atveju, jeigu bus aiškiai išdėstyti procesinės išlygos [atsikirtimo] pagrindai [neatvykimo priežastys], kurių promisorius savo noru atsisakė.

5 §. Taip pat klausiama, jeigu kas nors, neprivalėdamas pateikti atvykimo į teismą užtikrinimo, pasižadėtų [atvykti ir pateikti užtikrinimą], tai ar būtų suteikta procesinė išlyga [atsikirtimas] jo laiduotojams *(fideiussores)?* Aš manau, kad esama skirtumo, ar

exceptionem: si ex conventione, minime dandam. Nam et Iulianus scribit, si iudicio sistendi causa pluris quam statutum est per ignorantiam promissum fuerit, exceptionem dari debere: si autem ex conventione tantae summae promissio facta sit, exceptionem pacti conventi replicatione infirmandam Iulianus ait.

pažadas buvo duotas ir užtikrinimas pateiktas per klaidą, ar susitarus. Jeigu per klaidą, tai laiduotojams privalo būti suteiktas procesinis atsikirtimas. Jeigu susitarus, – visai nereikia suteikti [procesinės išlygos (atsikirtimo)]. Ir Julijonas rašo, kad procesinė išlyga [atsikirtimas] privalo būti suteikta, jei nežinojimas nulėmė, kad dėl atvykimo į teismą buvo pažadėta daugiau, nei yra nustatyta. Jeigu pagal susitarimą buvo pažadėta tokia suma, tai, kaip sako Julijonas, procesinė išlyga, kad buvo sudarytas toks susitarimas, privalo būti atremta [neutralizuota] priešiniu atsikirtimu [replika].

5pr. PAULUS 69 ad ed.
Si duo rei stipulandi sint et uni debitor iudicio se sisti cum poena promiserit, alter autem impedierit: ita demum exceptio adversus alterum danda est, si socii sint: ne prosit ei dolus propter societatem.

5 pr. *Paulius, LXIX Ed.*
Jeigu būtų du kreditoriai ir skolininkas vienam iš jų pažadėtų atvykti į teismą sumokėti baudą, bet įsipareigojimo neįvykdytų, o kitas [kreditorius] tam sukliudytų, tai procesinę išlygą [atsikirtimą] dėl pirmojo kreditoriaus derėtų suteikti tik jeigu jie būtų bendrininkai, o bendrininkaujant apgaulė neatneštų naudos tam [kuris sutrukdė].

5.1. Item si duo rei promittendi sint et unus ad iudicium non venerit contempta sua promissione iudicio sistendi causa facta, actor autem ab altero rem petat, ab altero poenam desertionis: petendo poenam exceptione summovebitur.

1 §. Taip pat esti ir jei esama dviejų skolininkų, bet vienas iš jų netesėjo duoto pažado ir neatvyko į teismą; ieškovas vienam pareikštų daiktinį ieškinį, o kito pareikalautų sumokėti baudą už pažado netesėjimą. Reikalavimas sumokėti baudą būtų atmestas pritaikius procesinę [atsikirtimo] išlygą.

5.2. Aeque si a patre facta fuerit promissio iudicio sistendi gratia ex filii contractu, deinde de re actor egerit cum filio, exceptione *summovebitur, si cum* patre ex eius promissione agat. Et contra idem erit, si filius promiserit et actor egerit cum patre de peculio.

6. GAIUS 1 ad l. XII tab.
Si is qui fideiussorem dedit ideo non steterit, quod rei publicae causa afuit: iniquum est fideiussorem ob alium necessitate sistendi obligatum esse, cum ipsi liberum esset non sistere.

7. PAULUS 69 ad ed.
Si quis servum in iudicio sisti promiserit vel alium qui in aliena potestate est, isdem exceptionibus utitur, quibus si pro libero vel patre familias fideiussit, praeterquam si rei publicae causa abesse diceretur servus: nam servus rei publicae causa abesse non potest. Praeter hanc autem exceptionem ceterae, quia communes sunt, tam in libero homine quam in servo locum habent.

2 §. Taip pat jei tėvas pažadėjo atvykti į teisme nagrinėjamą bylą dėl kontrakto [sutarties], kurį sudarė jo sūnus, o ieškovas vėliau pareikštų *sūnui daiktinį* ieškinį, tai jis būtų atmestas dėl procesinės išlygos [atsikirtimo], jeigu tėvui būtų pareikštas ieškinys dėl pažado [netesėjimo]. Būtų taip pat, jei sūnus pažadėtų, o ieškovas pareikštų tėvui ieškinį dėl pekulijaus.

6. *Gajus, 1-oji XII Lent.*
Jeigu tas, kuris paskyrė laiduotoją, neatvyko į teismą dėl to, kad buvo išvykęs valstybės reikalais, tai neteisinga, kad laiduotojas būtų saistomas būtinybės vykti į teismą dėl ko nors kito, nors atsakovas buvo atleistas nuo pareigos stoti prieš teismą.

7. *Paulius, LXIX Ed.*
Jeigu kas nors pažadėtų pristatyti į teismą vergą ar ką nors, kuris yra kieno nors valdžioje, tai jis naudotųsi tomis pačiomis procesinėmis išlygomis [atsikirtimais] kaip ir tuo atveju, jei būtų laidavęs už laisvąjį asmenį arba šeimos tėvą, išskyrus atvejį, kai teigiama, kad vergas yra išvykęs valstybės reikalais, nes vergas valstybės reikalais negali būti išvykęs. Tačiau visos kitos procesinės išlygos, išskyrus šitą, laisvajam asmeniui taikomos lygiai taip pat kaip vergui, nes yra visiems bendros.

8. GAIUS 29 ad ed. provinc.
Et si post tres aut quinque pluresve dies, quam iudicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit nec actoris ius ex mora deterius factum sit, consequens est dici defendi eum debere per exceptionem.

9pr. ULPIANUS 77 ad ed.
Si servus iudicio se sisti promittat, non committitur stipulatio neque in eum neque in fideiussores eius.

9.1. Si plurium servorum nomine iudicio sistendi causa una stipulatione promittatur, poenam quidem integram committi, licet unus status non sit, Labeo ait, quia verum sit omnes statos non esse: verum si pro rata unius offeratur poena, exceptione doli usurum eum, qui ex hac stipulatione convenitur.

10pr. PAULUS 1 ad Plaut.
Si eum iudicio sisti promisero, qui iam tempore liberatus esse dicebatur, quia iam actione forte non tenebatur: actio in me danda est, ut vel exhibeam eum vel defendam, ut veritas inquiratur.

8. *Gajus, XXIX Prov. ed.*
Ir jeigu po to, kai atsakovas pažadėjo stoti prieš teismą, praeis trys, penkios arba daugiau dienų, tai suteiks galimybę ieškovui su juo bylinėtis ir ieškovo teisinė padėtis dėl uždelsimo nepablogės. Atsižvelgiant į tai sakoma, kad jis privalo gintis ir taikyti procesinę išlygą [atsikirtimą].

9 pr. *Ulpianas, LXXVII Ed.*
Jei vergas pažadėtų stoti prieš teismą, tai stipuliacija negaliotų nei jam, nei jo laiduotojams.

1 §. Jei remiantis viena stipuliacija dėl kelių vergų bus duotas pažadas atvesdinti juos į teismą, tai, kaip teigia Labeonas, neginčytinai mokamos visos netesybos, net jeigu nebuvo atvesdintas vienas iš vergų, nes esmė ta, kad nebuvo atvesdinti visi. Tačiau jeigu netesybos nustatomos atsižvelgiant į pažadą dėl kiekvieno dalyvavimo teisme įvykdymo, tai tas, kuris traukiamas teisman remiantis tokia stipuliacija, galės naudotis atsikirtimu, kad tai esanti apgaulė.

10 pr. *Paulius, I Plautijui*
Jeigu aš pažadėčiau atvesdinti į teismą tą, apie kurį buvo pranešta, kad jis tuo metu jau buvo atleistas nuo prievolės vykdymo, tai dera teikti ieškinį prieš mane, kad atvesdinčiau jį į teismą arba palaikyčiau prieš jį reiškiamo ieškinio reikalavimo teisėtumą teisme, kad būtų nustatyta tiesa, nes jis galbūt nebebuvo atsakingas pagal atitinkamą ieškinį.

10.1. Homo sisti promissus ante diem dolo promissoris periit: certo iure utimur non ante poenam peti posse, quam dies venerit: tota enim stipulatio in diem collata videtur.

10.2. Qui iniuriarum acturus est, stipulatus erat ante litem contestatam ut adversarius suus iudicio sistat: commissa stipulatione mortuus est. Non competere heredi eius ex stipulatu actionem placuit, quia tales stipulationes propter rem ipsam darentur, iniuriarum autem actio heredi non competit. Quamvis enim haec stipulatio iudicio sistendi causa facta ad heredem transeat, tamen in hac causa danda non est: nam et defunctus si vellet omissa iniuriarum actione ex stipulatu agere, non permitteretur ei. Idem dicendum esse et si is, cum quo iniuriarum agere volebam, stipulatione tali commissa decesserit: nam non competit mihi adversus heredem eius ex stipulatu actio, et hoc Iulianus scribit. Secundum quod et si fideiussores dati erant, minime dabitur in eos actio mortuo reo. Idem Pomponius, si non post longum tempus decesserit: quia si ad iudicium venisset, litem cum eo contestari actor potuisset.

1 §. Vergas, už kurį laiduota, kad jis atvyks į teismą, dėl laiduotojo tyčios mirė prieš tą dieną, kada reikia stoti į teismą. Mes taikome nedviprasmišką teisę, kad netesybos negali būti išreikalaujamos anksčiau, nei sueis terminas [prievolei įvykdyti], nes laikoma, kad visa stipuliacija buvo sudaryta šiam terminui.

2 §. Ketinantysis pareikšti ieškinį dėl deliktinės atsakomybės dar iki įvykstant ginčo patvirtinimui teisme stipuliavo, kad priešinga šalis stos prieš teismą, ir įsigaliojus stipuliacijai mirė. Manoma, kad įpėdiniui nepriklauso bendrojo pobūdžio ieškinys iš stipuliacijos, nes tokios stipuliacijos duodamos tiesiogiai jas siejant su ginčo dalyku. Ieškinys dėl deliktinės atsakomybės taip pat nėra suteikiamas įpėdiniui. Nors toji stipuliacija dėl atvykimo į teismą pereina įpėdiniui [remiantis šia stipuliacija susiklosčiusios teisės ir pareigos yra paveldimos], šiuo atveju ji neturėtų būti suteikiama todėl, kad jei ir mirusysis būtų panorėjęs atsisakyti ieškinio dėl deliktinės atsakomybės, pareikšti bendrojo pobūdžio ieškinį iš stipuliacijos, tai jam nebūtų buvę leista to padaryti. Tą patį dera pasakyti ir jei tas, kuriam aš ketinau pareikšti ieškinį dėl įžeidimo [skriaudos], mirė, o ši stipuliacija įsigaliojo. Nes man nepriklauso bendrasis ieškinys iš stipuliacijos prieš jo įpėdinį. Tą rašo ir Julijonas. Atsižvelgiant į tai, net jei būtų buvę paskirti laiduotojai, mirus atsakovui ieškinys prieš juos tikrai nebūtų teikiamas. Tas pats, kaip teigia Pomponijus, atsitiktų, jeigu jis nenumirtų praėjus ilgam laikui, nes jei jis stotų prieš teismą, ieškovas galėtų patvirtinti, kad su juo ginčijamasi [įvyktų *litis contestatio*].

11. ULPIANUS 47 ad Sab.
Si quis quendam in iudicio sisti promiserit promisit, in eadem causa eum debet sistere. In eadem autem causa sistere hoc est ita sistere, ut actori persecutio loco deteriori non sit, quamvis exactio rei possit esse difficilior. Licet enim difficilior exactio sit, tamen dicendum est videri in eadem causa eum stetisse: nam et si novum aes alienum contraxisset vel pecuniam perdidisset, videtur tamen in eadem causa stetisse: ergo et qui alii iudicatus sistitur, in eadem causa stare videtur.

12pr. PAULUS 11 ad Sab.
Qui autem novo privilegio utitur, non videtur in eadem causa sisti.

12.1. Illud tenendum est, quod aestimationem eius quod intersit agentis ad illud tempus referendum est, quo sisti debuit, non ad id, quo agitur, quamvis desierit eius interesse.

11. *Ulpianas, XLVII Sab.*
Jeigu kas nors pažadėjo atvesdinti ką nors į teismą, tai jis privalo atvesdinti jį tos pačios teisinės padėties. O atvesdinti į teismą tos pačios teisinės padėties reiškia atvesdinti taip, kad traukimas teisman netaptų ieškovo padėties pablogėjimo priežastimi, nors ginčo dalyko išieškojimas pagal teismo sprendimą būtų galėjęs tapti sunkesnis. Nors išieškoti pagal teismo sprendimą taptų sunkiau, vis dėlto reikia pasakyti, kad tas yra laikomas stojusiu prieš teismą tos pačios teisinės padėties. Mat jeigu jis prisidarytų naujų skolų arba iššvaistytų turtą, vis dėlto būtų laikoma, kad jis buvo atvesdintas į teismą tos pačios teisinės padėties. Taigi net ir tas, kuris į teismą atvedamas esant iš jo priteistai sumokėti skolai dar kam nors kitam, laikomas esančiu tos pačios teisinės padėties.

12 pr. *Paulius, XI Sab.*
Tas gi, kuris naudojasi naująja privilegija, nelaikomas stojančiu prieš teismą tos pačios teisinės padėties.

1 §. Dera laikytis štai ko: įvertinimas pinigais to, kas sudaro teigiamą ieškovo interesą, privalo būti atliekamas atsižvelgiant į tą laiką, kada jis privalėjo stoti prieš teismą, o ne į tą, kada vyksta procesas, nors taip jis prarastų suinteresuotumą.

13. IULIANUS 55 Dig.
Quotiens servus iudicio sistendi causa ut ipse litigaturus vel ab alio stipulatur vel ipse promittit: nec committitur stipulatio nec fideiussores tenentur, quia servus conveniri vel convenire non potest.

14. NERVA 2 membr.
Si procurator ita stipulatus est, ut sistat dumtaxat eum quem stipularetur, non etiam poenam si status non esset stipularetur: propemodum nullius momenti est ea stipulatio, quia procuratoris, quod ad ipsius utilitatem pertinet, nihil interest sisti. Sed cum alienum negotium in stipulando egerit, potest defendi non procuratoris, sed eius cuius negotium gesserit utilitatem in ea re spectandam esse: ut quantum domini litis interfuit sisti, tantum ex ea stipulatione non stato reo procuratori debeatur. Eadem et fortius adhuc dici possunt, si procurator ita stipulatus esset "quanti ea res erit": ut hanc conceptionem verborum non ad ipsius, sed ad domini utilitatem relatam interpretemur.

13. *Julijonas, LV Dig.*
Kiekvienąsyk, kai vergas, ketindamas pats vesti bylą, arba iš ko nors stipuliuoja, arba pats duoda pažadą stoti prieš teismą, ir stipuliacija yra niekinė, ir laiduotojai nėra atsakingi, nes vergas negali būti nei šaukiamas į teismą, nei pats kviesti teisman.

14. *Neracijus, II Užr.*
Jeigu procesinis atstovas [prokuratorius] stipuliavo, kad į teismą atvesdins tik tą, dėl kurio stipuliavo, o dėl netesybų tuo atveju, jei tas nebūtų atvesdintas į teismą, nestipuliavo, tai ši stipuliacija beveik neturi teisinės galios, nes šiuo atveju procesiniam atstovui [prokuratoriui], kiek tai susiję su jo paties interesais, visiškai nesvarbu, ar anas stos prieš teismą. Kadangi atliekant stipuliaciją jis vedė kito asmens bylą, galima teigti, kad sprendžiant šį reikalą reikia paisyti ne procesinio atstovo [prokuratoriaus], o to, kieno bylą jis vedė, interesų. Nes koks buvo suinteresuotumas to, kuris patikėjo vesti bylą, kad atsakovas stotų prieš teismą, tokie remiantis šia stipuliacija turi būti procesinio atstovo nuostoliai tuo atveju, jei atsakovas į teismą neatvyktų. Tą patį galima pasakyti dar griežčiau. Jeigu procesinis atstovas stipuliavo taip: „kokia bus daikto vertė", tai tebūnie ši formuluotė mūsų aiškinama ne procesinio atstovo, bet įgaliojusiojo vesti bylą interesais.

15. PAPINIANUS 2 quaest.

Si tutor iudicio sisti promiserit et stipulationi non obtemperaverit, et interea pupillus adoleverit aut mortem obierit aut etiam abstentus sit hereditate: denegabitur ex stipulatu actio. Nam et ipsius rei, quae petebatur, si tutor iudicatus fuerit et eorum quid acciderit, non esse dandam in eum actionem iudicati probatum est.

15. *Papinianas, II Klaus.*

Jeigu globėjas pažadėtų stoti prieš teismą ir neįvykdytų stipuliacijos, o globotinis sulauktų pilnametystės arba mirtų, arba jam būtų leista priimti palikimą, tai suteikti bendrąjį ieškinį iš stipuliacijos būtų atsisakyta. Net jeigu iš globėjo būtų priteista tai, kas tiesiogiai sudarė ieškinio dalyką, ir įvyktų kuris nors iš nurodytųjų įvykių, laikyta, kad prieš jį neteiktinas teismo sprendimo įvykdymo ieškinys.





XII Dig.

De feriis et dilationibus et diversis temporibus

XII skyrius

Apie dienas, kada nevyksta teismai, atidėjimus ir įvairius terminus

1 pr. ULPIANUS 4 de omn. trib.
Ne quis messium vindemiarumque tempore adversarium cogat ad iudicium venire, oratione divi Marci exprimitur, quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt.

1.1. Sed si praetor aut per ignorantiam vel socordiam evocare eos perseveraverit hique sponte venerint: si quidem sententiam dixerit praesentibus illis et sponte litigantibus, sententia valebit, tametsi non recte fecerit qui eos evocaverit: sin vero, cum abesse perseveraverint, sententiam protulerit etiam absentibus illis, consequens erit dicere sententiam nullius esse momenti (neque enim praetoris factum iuri derogare oportet): et citra appellationem igitur sententia infirmabitur.

1.2. Sed excipiuntur certae causae, ex quibus cogi poterimus et per id temporis, cum messes vindemiaeque sunt, ad praetorem venire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est si dilatio actionem sit peremptura. Sane quotiens res urguet, cogendi quidem sumus ad praetorem venire, verum ad hoc tantum cogi aequum est ut lis contestetur, et ita ipsis verbis orationis exprimitur: denique alterutro recusante post litem contestatam litigare dilationem oratio concessit.

1 pr. *Ulpianas, IV „Apie visus teismus“*
Vienoje iš dieviškojo Marko oracijų [Senate] numatyta, kad niekas negali priversti priešininko atvykti teisman derliaus nuėmimo ir vynuogių rinkimo metu, nes tie, kurie yra užsiėmę žemės ūkio darbais, neturi būti verčiami atvykti teisman.

1 §. Tačiau tuo atveju, kai pretorius dėl nežinojimo ar dėl aplaidumo įsakė juos iškviesti ir pastarieji savanoriškai atvyko, ir jis [pretorius] paskelbė sprendimą šiems sutikus jų akivaizdoje, toks sprendimas bus galiojantis, nors tas, kuris juos iškvietė, pasielgė neteisingai. Tačiau jeigu jiems nedalyvaujant pretorius, to nepaisydamas, paskelbė sprendimą, tai logiška teigti, kad sprendimas yra niekinis, nes jo veiksmai negali pakeisti teisės; todėl sprendimas bus naikinamas apeliacine tvarka[17].

2 §. Tačiau išimtį sudaro kai kurios bylos, kada galime būti priversti atvykti pas pretorių derliaus nuėmimo ir vynuogių rinkimo metu: kai daiktas gali išnykti dėl [natūralios] laiko tėkmės, t. y. jeigu atidėjimas panaikintų ieškinį. Savaime suprantama, kad visais neatidėliotinais atvejais būtina atvykti pas pretorių, tačiau teisinga įpareigoti atvykti teisman tik dėl to, kad būtų teisme patvirtintas ginčas *(litis contestatio)*. Taip teigiama ir pasiūlyme Senatui. Be to, jeigu po *litis contestatio* viena iš šalių atsisako toliau dalyvauti procese, tai pasiūlymas Senatui suteikia galimybę atidėti bylą.

[17] Kadangi teismų sistema nebuvo skirstoma į pakopas, apeliacija, kaip ją suprantame dabar, buvo negalima. Tačiau teismo sprendimas galėjo būti ginčijamas siekiant įrodyti, kad dėl tam tikrų priežasčių jis yra niekinis.

2. ULPIANUS 5 ad ed.
Eadem oratione divus Marcus in senatu recitata effecit de aliis speciebus praetorem adiri etiam diebus feriaticis: ut puta ut tutores aut curatores dentur: ut offici admoneantur cessantes: excusationes allegentur: alimenta constituantur: aetates probentur: ventris nomine in possessionem mittatur, vel rei servandae causa, vel legatorum fideive commissorum, vel damni infecti: item de testamentis exhibendis: ut curator detur bonorum eius, cui an heres exstaturus sit incertum est: aut de alendis liberis parentibus patronis: aut de adeunda suspecta hereditate: aut ut aspectu atrox iniuria aestimetur: vel fideicommissaria libertas praestanda.

3pr. ULPIANUS 2 ad ed.
Solet etiam messis vindemiarumque tempore ius dici de rebus quae tempore vel morte periturae sunt. Morte: veluti furti: damni iniuriae: iniuriarum atrocium: qui de incendio ruina naufragio rate nave expugnata rapuisse dicuntur: et si quae similes sunt. Item si res tempore periturae sunt aut actionis dies exiturus est.

2. *Tas pats* [*Ulpianas*], *V Ed.*
Toje pačioje kalboje Senatui dieviškasis Markas suteikė galimybę kai kuriais ypatingais atvejais kreiptis į pretorių ir teismo atostogų dienomis: pavyzdžiui, dėl globėjo ir kuratoriaus skyrimo, norint įspėti tuos globėjus ir kuratorius, kurie nevykdo savo pareigų, pateikiant pasiteisinimus, nustatant alimentus, konstatuojant amžių, nustatant valdymą to, kuris yra motinos įsčiose, interesais [užtikrinant paveldėjimo teises] arba siekiant išsaugoti nuosavybę, legatus ar fideikomisus ar išvengti galimos žalos, taip pat pateikiant testamentus, skiriant turto, dėl kurio kilo abejonių, ar atsiras paveldėtojas, kuratorių, arba dėl alimentų vaikams, tėvams, patronams, arba priimant įtartiną [skolų slegiamą] palikimą, arba siekiant įvertinti žmogaus atliktą sunkaus pobūdžio neteisėtą veiksmą, arba suteikiant laisvę remiantis fideikomisu.

3 pr. *Tas pats* [*Ulpianas*], *II Ed.*
Paprastai taip pat derliaus nuėmimo ir vynuogių rinkimo metu vyksta procesas bylose, kurios laikui bėgant ar dėl kieno nors mirties neteks savo reikšmės. Dėl mirties, pavyzdžiui, netenka reikšmės ieškiniai dėl deliktinės žalos, sunkių nusikaltimų asmeniui, grobimų gaisro metu, pastatų sugriovimo, plausto ar laivo užgrobimo ir kitais panašiais atvejais. Taip pat nutiks ir jeigu laikui bėgant byla neteks savo reikšmės arba pasibaigs ieškinio pareiškimo terminas.

3.1. Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur.

3.2. Item in eum, qui quid nundinarum nomine adversus communem utilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur.

4. PAULUS 1 ad ed.
Praesides provinciarum ex consuetudine cuiusque loci solent messis vindemiarumque causa tempus statuere.

5. ULPIANUS 62 ad ed.
Pridie kalendas ianuarias magistratus neque ius dicere, sed nec sui potestatem facere consuerunt.

6. ULPIANUS 77 ad ed.
Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum est, ne his diebus iudicium sit nisi ex voluntate partium, et quod aliter adversus ea iudicatum erit ne quis iudicatum facere neve solvere debeat, neve quis ad quem de ea re in ius aditum erit iudicatum facere cogat.

1 §. Bet kuriuo metu nagrinėjamos ir bylos dėl laisvės *statuso*.

2 §. Be to, bet kuriuo metu procesas vyksta ir prieš tą, kuris prekiaudamas įgijo ko nors ir padarė žalos visuotinei naudai.

4. *Paulius, I Ed.*
Provincijų valdytojai vadovaudamiesi kiekvienos vietovės tradicijomis turi įprotį nustatyti derliaus nuėmimo ir vynuogių rinkimo metą.

5. *Ulpianas, LXII Ed.*
Sausio kalendų[18] išvakarėse magistratai, kaip įprasta, nenagrinėja bylų ir nieko nepriima tarnybos reikalais.

6. *Tas pats* [*Ulpianas*], *LXXII Ed.*
Jeigu teismo sprendimas buvo priimtas šventinėmis dienomis, [būtina turėti omenyje, kad] įstatymas numato, jog teismo procesai nevyktų šiomis dienomis, išskyrus atvejus, kai abi šalys sutinka. Priešingu atveju, t. y. jeigu teismo sprendimas bus priimtas nepaisant šios nuostatos, niekas nebus įpareigotas tokio sprendimo nei vykdyti, nei mokėti [už bet ką, kas yra susiję su šiuo sprendimu], ir tegul niekas, į ką buvo kreiptasi dėl ginčo sprendimo, nereikalauja jo vykdyti.

[18] Kalendos – sen. Romos kalendoriaus pirmosios mėnesio dienos pavadinimas.

7. ULPIANUS 1 de off. cons.
Oratione quidem divi Marci amplius quam semel non esse dandam instrumentorum dilationem expressum est: sed utilitatis litigantium gratia causa cognita et iterum dilatio tam ex eadem quam ex alia provincia secundum moderamen locorum impertiri solet, et maxime si aliquid inopinatum emergat. Illud videndum, si defunctus acceperit aliquam dilationem propter instrumenta, an successori quoque eius dari debeat, an vero, quia iam data est, amplius dari non possit? Et magis est, ut et hic causa cognita dari debeat.

8. PAULUS 13 ad Sab.
More romano dies a media nocte incipit et sequentis noctis media parte finitur. Itaque quidquid in his viginti quattuor horis, id est duabus dimidiatis noctibus et luce media, actum est, perinde est, quasi quavis hora lucis actum esset.

9. ULPIANUS 7 de off. procons.
Divus Traianus Minicio Natali rescripsit ferias a forensibus tantum negotiis dare vacationem, ea autem, quae ad disciplinam militarem pertinet, etiam feriatis diebus peragenda: inter quae custodiarum quoque cognitionem esse.

7. *Tas pats [Ulpianas], I „Apie konsulo pareigas"*
Dieviškojo Marko pranešime Senatui buvo pabrėžta, kad atidėjimas dėl įrodymų rinkimo yra galimas ne daugiau kaip vieną kartą. Tačiau ginčo šalių naudai dažniausiai jau išnagrinėjus bylą yra įprasta dar kartą atidėti procesą [kad būtų surinkti įrodymai] tiek toje pačioje, tiek ir kitoje provincijoje, pagal tos vietovės, kurioje yra įrodymai, tvarką. Ir taip daroma ypač tais atvejais, kai išaiškėja kas nors netikėta. Būtina išnagrinėti atvejį, kada mirusiajam buvo suteiktas toks atidėjimas įrodymams pristatyti: ar ta pati nuostata galios ir jo įpėdiniui, ar, atidėjus vieną kartą, daugiau atidėti negalima. Pageidautina, kad išnagrinėjus ginčo aplinkybes ir tokiu atveju būtų leidžiama atidėti.

8. *Paulius, XIII Sab.*
Pagal romėnų papročius [nauja] diena prasideda vidurnaktį ir baigiasi ateinantį vidurnaktį. Taigi visa tai, kas buvo padaryta per dvidešimt keturias valandas, kitaip tariant, per dvi per pusę padalytas naktis ir šviesos laikotarpį tarp jų, yra vertinama, lyg būtų padaryta dienos metu.

9. *Ulpianas, VII „Apie prokonsulo pareigas"*
Dieviškasis Trajanas reskripte Minicijui Natalui nustatė, kad švenčių dienomis nevyksta tik teismo procesai, o tai, kas susiję su karine disciplina, sprendžiama ir švenčių dienomis, kaip ir sargybos priežiūros reikalai.

10. PAULUS 5 sent.
In pecuniariis causis omnibus dilatio singulis causis plus semel tribui non potest: in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duae dari possunt: sed utrumque causa cognita.

10. *Paulius, V Sent.*
Visuose su pinigais susijusiuose ginčuose procesą galima atidėti tik vieną kartą kiekvienam ginčui; baudžiamosiose bylose kaltinamajam – tris, kaltintojui – du kartus, bet abiem atvejais išsiaiškinus bylos esmę.



XIII Dig.

De edendo



XIII skyrius

Apie ieškinio formulės paskelbimą atsakovui

1 pr. ULPIANUS 4 ad ed.
Qua quisque actione agere volet, eam edere debet: nam aequissimum videtur eum qui acturus est edere actionem, ut proinde sciat reus, utrum cedere an contendere ultra debeat, et, si contendendum putat, veniat instructus ad agendum cognita actione qua conveniatur.

1.1. Edere est etiam copiam describendi facere: vel in libello complecti et dare: vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat adversarium suum ad album et demonstret quod dictaturus est vel id dicendo, quo uti velit.

1.2. Editiones sine die et consule fieri debent, ne quid excogitetur edito die et consule et praelato die fiat. Diem autem et consulem excepit praetor quo instrumentum conscriptum est, non in quem solutio concepta est: nam dies solutionis sicuti summa pars est stipulationis. Rationes tamen cum die et consule edi debent, quoniam accepta et data non alias possunt apparere, nisi dies et consul fuerit editus.

1 pr. *Ulpianas, IV Ed.*
Norintysis pareikšti ieškinį prieš tai darydamas privalo apie jį informuoti atsakovą; atrodo, teisingiausia tokia tvarka, kad ketinantysis pareikšti ieškinį privalo apie jį informuoti atsakovą, kad šis galėtų spręsti, ar priimti pretenziją, ar bylinėtis toliau, ir, jeigu ketina bylinėtis, kad galėtų atvykti teisman susipažinęs su jam pareikštu ieškiniu.

1 §. Pranešant apie ieškinį atsakovui sudaroma galimybė pasidaryti jo kopiją arba reikalavimą išdėstyti raštu ir atiduoti, arba perskaityti jį [atsakovui]. Labeonas teigia, kad apie ieškinį praneša ir tas, kuris savo priešininko vardą [ir pretoriaus potvarkius] užrašė ant lentos ir paaiškino, dėl ko ketina pareikšti ieškinį, arba kuo jis ketina pasinaudoti.

2 §. Pranešime apie ieškinį nereikia nurodyti datos[19], kad nurodžius dieną nebūtų kas nors sumanyta ir ko nors neatsitiktų prieš [nurodytą] datą. Dokumento surašymo, tačiau ne prievolės įvykdymo, datą nustato pretorius, nes diena, kada turi būti įvykdyta prievolė, yra tarytum svarbiausia stipuliacijos dalis. Tačiau ataskaitos turi būti pateikiamos su nurodyta data, nes pajamos ir išlaidos gali būti matomos tik atėjus laikui.

[19] Lotyniškame tekste vartojamas žodis *consule* – konsulas; tai dviejų Romos respublikos laikais vieniems metams renkamų magistratų titulas, todėl dažnai metai buvo vadinami vieno iš konsulų vardu (eponimu).

1.3. Edenda sunt omnia, quae quis apud iudicem editurus est: non tamen ut et instrumenta, quibus quis usurus non est, compellatur edere.

1.4. Edere non videtur qui stipulationem totam non edidit.

1.5. Eis, qui ob aetatem vel rusticitatem vel ob sexum lapsi non ediderunt vel alia ex iusta causa, subvenietur.

2. PAULUS 3 ad ed.
Si legatum petatur, non iubet praetor verba testamenti edere: ideo fortasse, quia heredes solent habere exemplum testamenti.

3. MAURICIUS 2 de poen.
Senatus censuit, ne quisquam eorum, a quibus quid fisco petetur, alia instrumenta delatori cogatur edere, quam quae ad eam causam pertinerent, ex qua se deferre professus est.

4pr. ULPIANUS 4 ad ed.
Praetor ait: "argentariae mensae exercitores rationem, quae ad se pertinet, edent adiecto die et consule".

3 §. Atsakovui būtina pateikti [pranešti] viską, ką asmuo ruošiasi pristatyti teisėjui, tačiau niekas negali būti įpareigotas pranešti apie dokumentus, kuriais ieškovas nesiruošia remtis.

4 §. Laikoma, kad tas, kas nepateikė viso stipuliacijos teksto[20], visai jos nepateikė.

5 §. Bus padėta tam, kas neinformavo apie ieškinį dėl amžiaus [nepilnametystės] arba dėl nepatyrimo, arba dėl lyties, arba dėl kitos svarbios priežasties.

2. *Paulius, III Ed.*
Jeigu ieškiniu reikalaujama legato, tai pretorius nereikalauja skaityti testamento, nes paprastai įpėdiniai turi jo kopiją.

3. *Mauricianas, II „Apie bausmes"*
Senatas nustatė, kad niekas, iš ko reikalaujama ką nors (sumokėti) iždui, negali būti įpareigotas pateikti kaltintojui kokius nors kitus dokumentus, išskyrus tuos, kurie yra susiję su byla, apie kurią jis pranešė duosiąs [parodymus].

4 pr. *Ulpianas, IV Ed.*
Pretorius sako: „Tegul bankininkai pateikia su jais susijusias sąskaitas ir nurodo datą."

---

[20] Omeny turimas dokumentas apie stipuliacijos sudarymą.

4.1. Huius edicti ratio aequissima est: nam cum singulorum rationes argentarii conficiant, aequum fuit id quod mei causa confecit meum quodammodo instrumentum mihi edi.

4.2. Sed et filius familias continetur his verbis, ut vel ipse cogatur edere: an et pater, quaeritur. Labeo scribit patrem non cogendum, nisi sciente eo argentaria exercetur: sed recte Sabinus respondit tunc id admittendum, cum patri quaestum refert.

4.3. Sed si servus argentariam faciat (potest enim), si quidem voluntate domini fecerit, compellendum dominum edere ac perinde in eum dandum est iudicium, ac si ipse fecisset. Sed si inscio domino fecit, satis esse dominum iurare eas se rationes non habere: si servus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio vel de in rem verso tenetur: sed si dominus habet rationes nec edit, in solidum tenetur.

4.4. Etiam is qui desit desiit argentariam facere, ad editionem compellitur.

1 §. Šis ediktas visiškai pagrįstas. Kadangi bankininkai rūpinasi kiekvieno sąskaitomis atskirai, tai būtų teisinga, kad man būtų pateiktas dokumentas, kurį bankininkas parengė ir kuris tam tikra prasme yra mano.

2 §. Šie pretoriaus žodžiai taikytini ir tėvo valdžioje esančiam sūnui, taigi net jis pats įpareigojamas pateikti [ataskaitą]. Klausiama, ar privalo tai daryti ir tėvas? Labeonas rašo, kad tėvas neprivalo to daryti, išskyrus atvejus, kai jam žinoma, kad sūnus atlieka banko operacijas. Tačiau teisingai Sabinas atsako, kad tai turi būti daroma tada, kai sūnus uždirba pelno tėvui.

3 §. Jeigu banko operacijas atlieka vergas [jis gali tai daryti] ir tai daro šeimininko valia, privaloma jį [šeimininką] įpareigoti pateikti ataskaitą ir taip pat duoti prieš šeimininką ieškinį, lyg jis būtų tai daręs pats. Jeigu vergas veikė šeimininkui nežinant, pakanka pastarojo priesaikos, kad jis tų sąskaitų neturi. Jeigu vergas vykdo banko operacijas neviršydamas savo pekulijaus ribų, tai šeimininkas atsako pagal ieškinį neviršydamas pekulijaus arba praturtėjimo ribų. Tačiau jeigu šeimininkas veda sąskaitas, bet jų nepateikia, tai jis atsako už viską.

4 §. Taip pat ir tas, kuris nustojo tvarkyti su pinigais susijusius reikalus, privalo pateikti ataskaitą.

4.5. Sed ibi quis compellitur edere, ubi argentariam exercuit, et hoc est constitutum. Quod si instrumentum argentariae in alia provincia habeat, in alia administraverit, ibi puto cogendum edere, ubi argentariam exercuit: hoc enim primum deliquit, quod alio instrumentum transtulit. Quod si in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur, minime hoc facere cogitur: nisi descriptum velis ubi de ea re agitur eum tibi dare, tuis videlicet sumptibus.

5. PAULUS 3 ad ed.
Spatiumque ad perferendas eas tribuendum est.

6pr. ULPIANUS 4 ad ed.
Si quis ex argentariis, ut plerique eorum, in villa habeat instrumentum vel in horreo: aut ad locum te perducet aut descriptas rationes dabit.

6.1. Cogentur et successores argentarii edere rationes. Quod si plures sunt heredes et unus habeat, solus ad editionem compelletur: sed si omnes habeant et unus ediderit, omnes ad editionem compellendi sunt. Quid enim si humilis et deploratus unus edidit, ut dubitare quis merito de fide editionis possit? Ut igitur comparari rationes possint, etiam ceteri edere debent aut certe unius editioni subscribere. Hoc idem erit et si plures fuerint argentarii, a

5 §. Bet kas gali būti priverstas pateikti ataskaitą ten, kur vykdė banko operacijas, ir tai buvo numatyta [įstatyme]. Todėl jeigu apskaitos dokumentai yra vienoje provincijoje, o veiklą jis vykdė kitoje, tai aš manau, kad reikia jį įpareigoti pateikti ataskaitą ten, kur buvo vykdoma veikla, nes jau iš pat pradžių jis padarė pažeidimą perduodamas dokumentus į kitą vietą. Taigi jeigu pinigų operacijas jis vykdė vienoje vietoje, o ataskaitą pateikti reikalaujama kitur, tai šito daryti jis neprivalo, nebent tu nori, kad tau būtų duota kopija toje vietovėje, kurioje nagrinėjamas ginčas, savaime suprantama, tavo sąskaita.

5. *Paulius, III Ed.*
Būtina duoti ir laiko jiems [dokumentams] pateikti.

6. *Ulpianas, IV Ed.*
Jeigu kuris nors iš bankininkų, kaip, beje, daugelis iš jų paprastai [daro], saugo dokumentus kaimo sodyboje ar sandėlyje, tai tegu jis tave arba atves į tą vietą, arba duos tau sąskaitų kopijas.

1 §. Taip pat ir bankininkų įpėdiniai įpareigojami pateikti sąskaitų knygą. Jeigu paveldėtojų yra daug, bet tik vienas iš jų turi sąskaitų knygą, tai tik pastarasis įpareigojamas ją pateikti. Bet jeigu visi jie turi apskaitos dokumentus ir tik vienas juos pateikė, taip turės pasielgti ir visi kiti. Kas gi būtų, jei juos pateiktų tik tas vienintelis žmogus, patekęs į tokią skurdžią ir apgailėtiną padėtį, kad būtų galima nuoširdžiai suabejoti, ar jie yra patikimi? Tokiu atveju ir visi kiti priva-

quibus editio desideratur. Nam et si plures tutores tutelam administraverunt simul, aut omnes edere debent aut unius editioni subscribere.

6.2. Exigitur autem ab adversario argentarii iusiurandum non calumniae causa postulare edi sibi: ne forte vel supervacuas rationes vel quas habet edi sibi postulet vexandi argentarii causa.

6.3. Rationem autem esse Labeo ait ultro citro dandi accipiendi, credendi, obligandi solvendi sui causa negotiationem: nec ullam rationem nuda dumtaxat solutione debiti incipere. Nec si pignus acceperit aut mandatum, compellendum edere: hoc enim extra rationem esse. Sed et quod solvi constituit, argentarius edere debet: nam et hoc ex argentaria venit.

6.4. Ex hoc edicto in id quod interfuit actio competit:

lo pateikti apskaitos knygas arba nors pasirašyti vieno iš jų pateiktus apskaitos dokumentus, kad būtų galima juos palyginti. Tas pats galios ir jeigu pateikti sąskaitas buvo pareikalauta iš keleto bankininkų. Taigi jeigu daugiau nei vienas globėjas tuo pačiu metu vykdė globą, visi jie turi atsiskaityti arba pasirašyti vieno iš jų pateiktą ataskaitą.

2 §. Kita vertus, reikalaujama, kad bankininko priešininkas prisiektų nereikalaująs, jog jam būtų pateikiama ataskaita nepagrįstam kaltinimui [pateikti], kad jis nereikalauja nereikšmingų sąskaitų arba tų, kurias jau turi, vien kad paerzintų bankininką.

3 §. Labeonas teigia, kad sąskaitų knygą sudaro abipusiai banko sandoriai, vykdomi kiekvieno asmeniniais interesais: pajamų ir išlaidų, skolinimo, įpareigojimo ir įsipareigojimo atlyginti (prievolės ir įsipareigojimo ją įvykdyti), ir jokia sąskaita nėra pradedama tik skolos sumokėjimu. Be to, niekas neturi būti įpareigotas pateikti ataskaitos, kai gauna užstatą arba garantiją [užtikrinimą], nes šie veiksmai neatitinka sąskaitos turinio. Kita vertus, susitaręs dėl skolos sumokėjimo bankininkas privalo nurodyti tai [sąskaitų knygoje], nes tai kildinama iš banko veiklos.

4 §. Remiantis šiuo ediktu, duodamas ieškinys dėl visų ieškovo patirtų nuostolių atlyginimo.

6.5. unde apparet ita demum tenere hoc edictum, si ad eum pertineat. Pertinere autem videtur ad me ratio, si modo eam tractaveris me mandante. Sed si procurator meus absente me mandaverit, an mihi edenda sit, quasi ad me pertineat? Et magis est ut edatur. Procuratori quoque meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quasi ad eum pertineat: et cauturum de rato, si mandatum ei non sit.

6.6. Si initium tabularum habet diem, in quibus Titii ratio scripta est, postmodum mea sine die et consule, etiam mihi edendus est dies et consul: communis enim omnis rationis est praepositio diei et consulis.

6.7. Edi autem est vel dictare vel tradere libellum vel codicem proferre.

6.8. Praetor ait: "Argentario eive, qui iterum edi postulabit, causa cognita edi iubebo".

5 §. Iš to aiškėja, kad šis ediktas taikomas, jeigu [sąskaita] tiesiogiai susijusi su tuo asmeniu, apie kurį kalbama. Jeigu tu rūpiniesi sąskaita tik mano pavedimu, laikoma, kad sąskaita priklauso man. Bet, jeigu man nesant, tokį pavedimą suteikė mano įgaliotinis, tai ar privaloma vis tiek man pateikti ataskaitą, tarsi tai būtų susiję su manimi? Pageidautina, kad ataskaita būtų pateikiama man. Neabejoju, kad ir mano įgaliotiniui turi būti pateiktos mano su kuo nors kitu bendros sąskaitos, lyg jos priklausytų ir jam. Jeigu jam nebuvo suteiktas *mandatum*, jis privalo užtikrinti [fakto] patvirtinimo teisėtumą[21].

6 §. Jeigu sąskaitų knygos pradžioje yra data, kada buvo užregistruota Ticijaus sąskaita, o po jos yra manoji be datos, tai [aš privalau] savo sąskaitoje taip pat nurodyti datą, nes data yra visoms sąskaitoms bendras reikalavimas.

7 §. Pateikti sąskaitas reiškia arba jas padiktuoti, arba pateikti raštu, arba duoti sąskaitų knygą.

8 §. Pretorius teigia: „Išnagrinėjęs bylos aplinkybes, įpareigosiu pateikti ataskaitą bankininkui arba tam, kuris jos paprašys."

---

[21] Kalbama apie *cautio de rato*, t. y. apie užtikrinimą, kad pastarasis atsakovui atlygins žalą, jeigu atstovaujamasis nepripažins prokuratoriaus proceso ir pareikš pakartotinį ieškinį.

6.9. Prohibet argentario edi illa ratione, quod etiam ipse instructus esse potest instrumento suae professionis: et absurdum est, cum ipse in ea sit causa, ut edere debeat, ipsum petere ut edatur ei. An nec heredi argentarii edi ratio debeat, videndum: et si quidem instrumentum argentariae ad eum pervenit, non debet ei edi, si minus, edenda est ex causa. Nam et ipsi argentario ex causa ratio edenda est: si naufragio vel ruina vel incendio vel alio simili casu rationes perdidisse probet aut in longinquo habere, veluti trans mare.

6.10. Nec iterum postulanti edi praetor iubet, nisi ex causa:

7pr. PAULUS 3 ad ed.
veluti si peregre habere quod primum editum est doceat: vel minus plene editum: vel eas rationes, quas casu maiore, non vero neglegentia perdiderit. Nam si eo casu amisit, cui ignosci debeat, ex integro edi iubebit.

9 §. Pretorius draudžia bankininkui pateikti ataskaitą, nes jis pats gali apsirūpinti reikiamais dokumentais. Juk absurdas, kad prašo jam pateikti ataskaitą tasai, kuris pats turi ją teikti. Būtina įvertinti, ar ataskaita turi būti pateikta bankininko įpėdiniui. Jeigu pastarajam atiteko bankininko dokumentacija, tai ataskaita jam nepateikiama; tačiau jeigu įpėdinis dokumentacijos negavo, ataskaitą jam reikia pateikti. Ir bankininkui dėl tos priežasties, kad neturi dokumento, turi būti pateikta ataskaita, pavyzdžiui, įrodžius, kad sąskaitos dingo nuskendus laivui, sugriuvus pastatui, gaisro ar kito panašaus įvykio metu, arba jeigu dokumentai yra toli, pavyzdžiui, užjūryje.

10 §. Pretorius liepia nepateikti ataskaitos prašančiajam jos pakartotinai, išskyrus atvejus,

7 pr. *Paulius, III Ed.*
kai, pavyzdžiui, bankininkas įrodo, kad anksčiau pateikta ataskaita yra užsienyje arba ji buvo neišsami; arba kad jis prarado sąskaitas ne dėl nerūpestingumo, bet dėl nelaimingo atsitikimo. Jeigu jis juos [dokumentus] tokiu būdu prarado, tai reikia jam atleisti, ir tada pretorius įpareigos jį pakartotinai jam pateikti dokumentus.

7.1. Haec vox iterum duas res significat: alteram, qua demonstraretur tempus secundum, quod graeci deuteron dicunt: alteram, quae ad insequentia quoque tempora pertinet, quae graece dicitur palin, quod ita accipitur "quotiens opus erit". Nam potest fieri ut bis editam sibi rationem quis perdiderit: ut verbum iterum pro saepius accipiatur.

1 §. Terminas „pakartotinai" *(iterum)* turi dvi reikšmes: pirmuoju atveju tai kitas laikotarpis, kurį graikai vadina δεύτερου *(déuteron);* antruoju atveju omenyje turimas „ateinantis periodas", pasak graikų – πάλιν *(pàlin),* ką suprantame kaip „tiek kartų, kiek reikės". Juk gali būti, kad tas, kam buvo pateiktos ataskaitos, prarado jas du kartus: žodžius „dar kartą" reikia vertinti kaip „daugiau kartų". Taigi žodžius *iterum* ir *déuteron* [pakartotinai] reikia suprasti, kad „ne vieną kartą".

8pr. ULPIANUS 4 ad ed.

Ubi exigitur argentarius rationes edere, tunc punitur, cum dolo malo non exhibet: sed culpam non praestabit nisi dolo proximam. Dolo malo autem non edidit et qui malitiose edidit et qui in totum non edidit.

8 pr. *Ulpianas, IV Ed.*

Kada reikalaujama, kad bankininkas pateiktų sąskaitas, sankcija jam taikoma tik kai jis jų nepateikia tyčia; tačiau už neatsargumą, išskyrus tuos atvejus, kai jo veiksmai prilygsta tyčiai, jam sankcija netaikoma. Tyčia nepateikusiu ataskaitos laikomas tas, kas ją pateikia neišsamią arba turėdamas piktų kėslų.

8.1. Is autem, qui in hoc edictum incidit, id praestat, quod interfuit mea rationes edi, cum decerneretur a praetore, non quod hodie interest: et ideo licet interesse desiit vel minoris vel pluris interesse coepit, locum actio non habebit neque augmentum neque deminutionem.

1 §. Be to, tas, kam taikomas šis ediktas, atsako tiek, kiek aš buvau suinteresuotas, kad sąskaitos būtų pateiktos pretoriaus nurodytu laiku, o ne tiek, kiek esu suinteresuotas dabar. Todėl netgi jeigu aš dabar praradau interesą arba jis padidėjo ar sumažėjo, ieškinio apimtis nei padidės, nei sumažės.

9pr. PAULUS 3 ad ed.
Quaedam sunt personae, quas rationes nobis edere oportet nec tamen a praetore per hoc edictum compelluntur. Veluti cum procurator res rationesve nostras administravit, non cogitur a praetore per metum in factum actionis rationes edere: scilicet quia id consequi possumus per mandati actionem. Et cum dolo malo socius negotia gessit, praetor per hanc clausulam non intervenit: est enim pro socio actio. Sed nec tutorem cogit praetor pupillo edere rationes: sed iudicio tutelae solet cogi edere.

9.1. Nihil interest, si successores aut pater aut dominus argentarii eiusdem fuerunt professionis: quia cum in locum et in ius succedant argentarii, partibus eius fungi debent. Is autem, cui argentarius rationes suas legavit, non videbitur contineri, quia iuris successor his verbis significatur: non magis, quam si ei vivus eas donasset. Sed nec heres tenebitur, cum nec possideat nec dolo malo fecerit: sed si ei, antequam eas legatario traderet, renuntiatum fuerit, ne ante eas tradat, tenebitur quasi dolo fecerit: item antequam eas tradat, tenebitur. Quod si nihil dolo fecerit, causa cognita legatarius cogendus est edere.

9 pr. *Paulius, III Ed.*
Yra asmenų, kurie privalo pateikti mums ataskaitas, tačiau pretorius šiuo ediktu jų neįpareigoja to daryti. Pavyzdžiui, jeigu įgaliotasis tvarkė mūsų reikalus arba sąskaitas, jis nėra pretoriaus įpareigojamas pateikti ataskaitas grasinant ieškiniu dėl fakto, nes tai gali būti pasiekiama pavedimo ieškiniu. Be to, pretorius netaiko šio edikto ir tada, kai kas nors iš bendrovės dalininkų [narių] piktavališkai tvarkė reikalus, nes yra pateiktas bendrovės ieškinys dalininkų naudai. Tačiau pretorius ir globėjo neįpareigoja pateikti ataskaitos globotiniui. Paprastai jis skatinamas pateikti ataskaitą remiantis globos ieškiniu.

1 §. Nesvarbu, ar bankininko įpėdiniai, jo tėvas ar šeimininkas užsiėmė tuo verslu, nes tapę bankininko turtinių teisių perėmėjais jie įpareigojami atlikti bankininko funkcijas. Kita vertus, jeigu bankininkas kam nors legatu perleido savo sąskaitas, tai nelaikoma, kad legato gavėjas patenka į šią kategoriją [vykdančiųjų banko verslą], nes teisių perėmėjas [legatorius] turės tiek teisių, kiek būdamas gyvas jam sąskaitų [jose esančių teisių] padovanotų bankininkas. Bet ir įpėdinis nebus atsakingas, nes jis jų neturi ir nevaldo, neveikė tyčia [siekdamas tų sąskaitų atsikratyti]. Tačiau jeigu, prieš perduodamas jas legatoriui (legato gavėjui), jis buvo įspėtas jų neperduoti, bet perdavė, tai atsakys, lyg būtų veikęs tyčia [siekdamas tų sąskaitų atsikratyti]; taip pat jis bus atsakingas ir prieš jų [sąskaitų] perdavimą [jeigu bus įspėtas]. Jeigu įpėdinis neveikė tyčia, išnagrinėjus bylos aplinkybes legatorius privalo jam pateikti ataskaitą.

9.2. Nummularios quoque non esse iniquum cogi rationes edere Pomponius scribit: quia et hi nummularii sicut argentarii rationes conficiunt, quia et accipiunt pecuniam et erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur: et frequentissime ad fidem eorum decurritur.

9.3. Ceterum omnibus postulantibus et iurantibus non calumniae causa petere rationes, quae ad se pertineant, edi iubet.

9.4. Ad nos enim pertinet non tantum cum ipsi contraximus vel successimus ei qui contraxit, sed etiam si is qui in nostra potestate est contraxit.

10pr. GAIUS 1 ad ed. provinc.
Argentarius rationes edere iubetur: nec interest cum ipso argentario controversia sit an cum alio.

10.1. Ideo autem argentarios tantum neque alios ullos absimiles eis edere rationes cogit, quia officium eorum atque ministerium publicam habet causam et haec principalis eorum opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant.

2 §. Pomponijus teigia, kad teisėta įpareigoti pateikti sąskaitas ir valiutos keitėjus [konvertuotojus], nes pastarieji, kaip ir bankininkai, veda sąskaitas, gauna pinigų, juos išmoka dalimis, ir viso to įrodymas yra jų įrašai bei sąskaitų knygos, kurių patikrinimu labai dažnai remiamasi.

3 §. Be to, pretorius įpareigoja pateikti sąskaitas visiems, kas jų reikalauja, ir prisiekia, kad tai daro sąžiningai, ir yra tiesiogiai susiję su tomis sąskaitomis.

4 §. [Sąskaitos] mus pasiveja ne tik tada, kai patys sudarėme sutartį arba tapome įpėdiniais to, kuris [ją] sudarė, bet ir kai sutartį sudarė tas, kuris yra mūsų valdžioje.

10 pr. *Gajus, I Prov. ed.*
Bankininkas įpareigojamas pateikti sąskaitas. Ir nesvarbu, ar bylinėjamasi su bankininku, ar su kuo nors kitu.

1 §. Būtent todėl pretorius pateikti sąskaitas įpareigoja tik bankininkus, o ne kitus, vykdančiuosius ne finansinę veiklą, nes jų tarnyba yra valstybinės reikšmės; ir jų pagrindinis darbas yra kruopščiai sudaryti su veikla susijusias sąskaitas.

10.2. Edi autem ratio ita intellegitur, si a capite edatur, nam ratio nisi a capite inspiciatur, intellegi non potest: scilicet ut non totum cuique codicem rationum totasque membranas inspiciendi describendique potestas fiat, sed ut ea sola pars rationum, quae ad instruendum aliquem pertineat, inspiciatur et describatur.

10.3. Cum autem in id actio competit, quanti agentis intersit editas sibi rationes esse: eveniet, ut, sive quis condemnatus sit sive quod petierit non optinuerit eo, quod non habuerit rationes ex quibus causam suam tueri possit, id ipsum, quod ita perdiderit, hac actione consequatur. Sed an hoc procedat videamus: nam si apud hunc iudicem, qui inter eum et argentarium iudicat, potest probare se illo iudicio, quo victus est, vincere potuisse, poterat et tunc probare: et si non probavit aut probantem iudex non curavit, de se ipso aut de iudice queri debet. Sed non ita est. Fieri enim potest, ut nunc, rationes vel ipso edente vel alio modo nanctus, aut aliis instrumentis vel testibus, quibus illo tempore aliqua ex causa uti non potuit, possit probare potuisse se vincere. Sic enim et de cautione subrepta aut corrupta competit condictio et damni iniuriae actio: quia quod ante non potuimus intercepta cautione probare et ob id amisimus, hoc nunc aliis instrumentis aut testibus, quibus tum uti non potuimus, probare possumus.

2 §. Sąskaita laikoma pateikta tada, kada ji pateikiama iš pradžių, nes ne iš pradžių nagrinėjama sąskaita nesuprantama. Savaime aišku, tai reiškia ne tai, kad kiekvienas gali nagrinėti ir persirašyti visą sąskaitų knygą, visus puslapius be išimties, o tai, kad tik dalį sąskaitų, kurios reikalingos suteikti kam nors būtinos informacijos.

3 §. Kita vertus, pareikšdamas ieškinį ieškovas siekia, kad jam būtų pateiktos sąskaitos, todėl aišku, kad šiuo ieškiniu jis susigrąžins tai, ką buvo praradęs [jei buvo nuteistas], arba neatgaus, ko reikalavo, nes neturėjo sąskaitų, kuriomis remdamasis būtų galėjęs pagrįsti savo reikalavimus. Tačiau panagrinėkime, ar taip atsitinka. Juk jeigu procese, kuriame nagrinėjama jo ir bankininko byla, jis gali įrodyti, kad ir tame procese, kurį pralaimėjo, jis galėjo laimėti [jeigu būtų turėjęs sąskaitas], vadinasi, ir be jų jis tada galėjo tai įrodyti. Ir jeigu jis šito neįrodė arba teisėjas nekreipė dėmesio į jo įrodymus, tai lieka kaltinti jį patį arba teisėją. Tačiau taip nėra, nes gali atsitikti taip, kad gavęs sąskaitas dabar [jei jas pateikė pats bankininkas] ar įgijęs jas kitu būdu, kitaip tariant, su kitų dokumentų ar liudytojų pagalba [kuria dėl tam tikrų priežasčių tuo metu jis negalėjo pasinaudoti], dabar gali įrodyti, kad būtų galėjęs laimėti. Taigi šiuo atveju, kai dokumentas buvo suklastotas ar pagrobtas, galima kondikcija ir ieškinys dėl žalos išieškojimo, nes tai, ko anksčiau negalėjome įrodyti dėl dokumentų trūkumo, dabar, turėdami kitus dokumentus ir liudytojų pagalbą, galime įrodyti.

11. MODESTINUS 3 reg.
Exempla instrumentorum etiam sine subscriptione edentis edi posse receptum est.

12. CALLISTRATUS 1 ed. monit.
Feminae remotae videntur ab officio argentarii, cum ea opera virilis sit.

13. ULPIANUS 4 ad ed.
Haec actio neque post annum neque in heredem nisi ex suo facto dabitur. Heredi autem dabitur.

11. *Modestinas, III Tais.*
Pripažintina, kad dokumentų kopijas galima pateikti ir be atstovaujamojo parašo.

12. *Kalistratas, I Įspėj. ed.*
Moteris negali užsiimti bankininko veikla, nes tai – išskirtinai vyriškas darbas.

13. *Ulpianas, IV Ed.*
Šis ieškinys neduodamas nei po metų, nei prieš įpėdinį, išskyrus atvejus, kai tai daroma dėl jo paties veikos. Be abejonės, įpėdinis turės teisę (šį ieškinį) pareikšti.



XIV Dig.

De pactis



XIV skyrius

Apie paktus

1 pr. ULPIANUS 4 ad ed.
Huius edicti aequitas naturalis est. Quid enim tam congruum fidei humanae, quam ea quae inter eos placuerunt servare?

1.1. Pactum autem a pactione dicitur (inde etiam pacis nomen appellatum est)

1.2. Et est pactio duorum pluriumve in idem placitum et consensus.

1.3. Conventionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendique causa consentiunt qui inter se agunt: nam sicuti convenire dicuntur qui ex diversis locis in unum locum colliguntur et veniunt, ita et qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, id est in unam sententiam decurrunt. Adeo autem conventionis nomen generale est, ut eleganter dicat pedius nullum esse contractum, nullam obligationem, quae non habeat in se conventionem, sive re sive verbis fiat: nam et stipulatio, quae verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est.

1.4. Sed conventionum pleraeque in aliud nomen transeunt: veluti in emptionem, in locationem, in pignus vel in stipulationem.

1 pr. *Ulpianas, IV Ed.*
Šio edikto teisingumas yra jo esmė. Nes kas gi labiau atitinka žmogiškąjį padorumą [sąžiningumą], nei laikymasis to, dėl ko žmonės susitarė.

1 §. Žodis „paktas" yra kilęs iš *pactio* [sutartis, susitarimas], iš kurio kildinamas ir žodis taika *(pax)*.

2 §. Paktas – tai dviejų ar daugiau asmenų pritarimas tam pačiam sprendimui.

3 §. Žodis *konvencija* yra bendrinis, susijęs su viskuo, kam pritaria tie, kurie atlieka abipusius veiksmus siekdami sudaryti sandorį arba rasti kompromisą: mat, kaip sakoma *(convenire)* apie susitikusiuosius, kurie iš skirtingų vietų susirenka į tą pačią vietą, taip pat vadinami ir tie, kurie turėdami skirtingų ketinimų susitaria dėl to paties dalyko, t. y. tie, kurių nuomonės sutampa. „Konvencija" yra bendrinis žodis, kuris rodo, kad, kaip teisingai sako Pedijus, nėra nei jokio kontrakto, nei įsipareigojimo, kuriuose nebūtų susitarimo [konvencijos] tiek perduodant daiktą, tiek ištariant tam tikrus žodžius; juk negavus sutikimo ir stipuliacija, kuri vyksta ištariant tam tikrus žodžius, yra niekinė.

4 §. Tačiau dauguma susitarimų vadinami kitaip: dažniausiai konvencijos vadinamos, pavyzdžiui, pirkimu, nuoma, įkeitimu arba stipuliacija.

2pr. PAULUS 3 ad ed.
Labeo ait convenire posse vel re: vel per epistulam vel per nuntium inter absentes quoque posse. Sed etiam tacite consensu convenire intellegitur.

2.1. Et ideo si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse ne peterem, profuturamque ei conventionis exceptionem placuit.

3. MODESTINUS 3 reg.
Postquam pignus vero debitori reddatur, si pecunia soluta non fuerit, debitum peti posse dubium non est, nisi specialiter contrarium actum esse probetur.

4pr. PAULUS 3 ad ed.
Item quia conventiones etiam tacite valent, placet in urbanis habitationibus locandis invecta illata pignori esse locatori, etiamsi nihil nominatim convenerit.

4.1. Secundum haec et mutus pacisci potest.

4.2. Huius rei argumentum etiam stipulatio dotis causa facta est: nam ante nuptias male petitur, quasi si hoc expressum fuisset, et nuptiis non secutis ipso iure evanescit stipulatio. Idem Iuliano placet.

2 pr. *Paulius, III Ed.*
Labeonas teigia, kad galima susitarti arba perduodant daiktą, arba raštu, arba net per pasiuntinį, kai šalys nėra toje pačioje vietoje. Pripažįstama, kad galima susitarti tylint [nebylaus sutikimo būdu].

1 §. Todėl, jeigu aš savo skolininkui grąžinau skolos raštą, yra laikoma, kad mes susitarėm, jog aš nereikalausiu įvykdyti prievolės, o jis ateityje gali pasinaudoti tokiu susitarimu grindžiama išlyga.

3. *Modestinas, III Tais.*
Tuo atveju, kai įkeistas daiktas grąžinamas debitoriui, tačiau pinigai nėra sumokami, be jokios abejonės, skola gali būti išieškoma, išskyrus atvejus, kai buvo susitarta kitaip.

4 pr. *Paulius, III Ed.*
Turint omenyje, kad nebylūs susitarimai turi galią, nustatyta, kad išsinuomojus būstą mieste viskas, ką nuomininkas atsineša, įkeičiama nuomotojo naudai, nors dėl to nebuvo susitarta.

1 §. Remiantis tuo, kas išdėstyta, ir nebylys gali sudaryti sutartį.

2 §. Tai patvirtina ir stipuliacija, sudaryta dėl kraičio; juk neteisinga reikalauti kraičio iki vestuvių, ir tai vertinama beveik taip, lyg ši aplinkybė būtų aiškiai nustatyta, o jeigu vestuvės neįvyksta, tai tokia stipuliacija netenka teisinės galios. Tokia pati ir Julijono nuomonė.

4.3. Ex facto etiam consultus, cum convenisset, ut donec usurae solverentur sors non peteretur, et stipulatio pure concepta fuisset, condicionem inesse stipulationi, atque si hoc expressum fuisset.

5. ULPIANUS 4 ad ed.
Conventionum autem tres sunt species. Aut enim ex publica causa fiunt aut ex privata: privata aut legitima aut iuris gentium. Publica conventio est, quae fit per pacem, quotiens inter se duces belli quaedam paciscuntur.

6. PAULUS 3 ad ed.
Legitima conventio est quae lege aliqua confirmatur. Et ideo interdum ex pacto actio nascitur vel tollitur, quotiens lege vel senatus consulto adiuvatur.

7pr. ULPIANUS 4 ad ed.
Iuris gentium conventiones quaedam actiones pariunt, quaedam exceptiones.

7.1. Quae pariunt actiones, in suo nomine non stant, sed transeunt in proprium nomen contractus: ut emptio venditio, locatio conductio, societas, commodatum, depositum et ceteri similes contractus.

3 §. Jis buvo prašomas konsultuoti konkrečioje byloje: buvo susitarta, kad kol bus mokami procentai, nebus reikalaujama pagrindinės sumos, ir stipuliacija buvo paprasta. Julijonas atsakė, kad nors stipuliacija būtų sudaryta nenurodant šios sąlygos, pastaroji priklausytų stipuliacijai taip, lyg dėl jos būtų konkrečiai susitarta.

5. *Ulpianas, IV Ed.*
Galimi trys susitarimo būdai: gali būti susitariama dėl valstybinių ir dėl privačių dalykų; privatūs susitarimai sudaromi remiantis arba įstatymu, arba tautų teise. Valstybinis susitarimas sudaromas siekiant taikos, visais atvejais, kai vadams karo metu pavyksta dėl ko nors susitarti.

6. *Paulius, III Ed.*
Teisėtas susitarimas – tas, kuris numatytas įstatyme; ir kaip tik dėl to kartais iš tokio susitarimo ieškinys atsiranda arba išnyksta, kiekvieną kartą remiantis įstatymu arba Senato nutarimu.

7 pr. *Ulpianas, IV Ed.*
Susitarimai, sudaryti remiantis tautų teise, kartais būna pagrindas ieškiniams, kartais – išlygoms [ekscepcijoms] atsirasti.

1 §. Tie susitarimai, kuriais remiantis paduodami ieškiniai, neišsaugo savo bendrojo *(pacta)* vardo ir įgauna konkrečios sutarties [kontrakto] pavadinimą: tai pirkimo–pardavimo, nuomos, bendrovės, panaudos, pasaugos ir kitos panašios sutartys.

7.2. Sed et si in alium contractum res non transeat, subsit tamen causa, eleganter Aristo Celso respondit esse obligationem. Ut puta dedi tibi rem ut mihi aliam dares, dedi ut aliquid facias: hoc sunallagma esse et hinc nasci civilem obligationem. Et ideo puto recte Julianum a Mauriciano reprehensum in hoc: dedi tibi Stichum, ut Pamphilum manumittas: manumisisti: evictus est Stichus. Julianus scribit in factum actionem a praetore dandam: ille ait civilem incerti actionem, id est praescriptis verbis sufficere: esse enim contractum, quod Aristo sunallagma dicit, unde haec nascitur actio.

7.3. Si ob maleficium ne fiat promissum sit, nulla est obligatio ex hac conventione.

7.4. Sed cum nulla subest causa, propter conventionem hic constat non posse constitui obligationem: igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem.

2 §. Jeigu koks nors dalykas neįeina į vieną ar kitą sutartį, bet išlieka jo esmė, tai Aristas teisingai atsakė Celsui: prievolė yra. Pavyzdžiui, aš tau daviau kokį nors daiktą, kad tu man duotum kitą daiktą, daviau, kad tu atliktum tam tikrą veiksmą: tai sudaro *sinalagmą*[22] ir iš čia kyla civilinė prievolė. Todėl manau, kad Mauricianas teisingai priekaištavo Julijonui remdamasis šiuo pavyzdžiu: aš tau daviau vergą Stichą, kad tu išlaisvintum vergą Pamfilą; tu pastarąjį išlaisvinai; Stichas buvo iš tavęs nusavintas. Julijonas rašo, kad pretorius tokiu atveju turi suteikti ieškinį, pagrįstą faktinėmis aplinkybėmis *(actio in factum)*, o Mauricianas teigia, kad pakanka civilinio ieškinio su neapibrėžtu dalyku *(actio civile inerti)*, t. y. tokio, kuris prasideda aprašant [teisinį] santykį *(praescriptis Verbis)*: juk tai, ką Aristas vadina *sinalagma*, yra sutartis, iš kurios atsiranda šis ieškinys.

3 §. Jeigu kitam asmeniui buvo kas nors pažadėta už tai, kad jis nedarytų piktadarybės, tai iš tokio susitarimo nekils jokia prievolė.

4 §. Kita vertus, jeigu nėra jokio pagrindo, tai, suprantama, vien susitarimo pagal civilinę teisę neužtenka prievolei atsirasti, taigi vien paktas *(pacta nude)* nesukuria prievolės, tik išlygą.

[22] *Synallagma* – graikiškas žodis, reiškiantis mainus, apyvartą, sutartį.

7.5. Quin immo interdum format ipsam actionem, ut in bonae fidei iudiciis: solemus enim dicere pacta conventa inesse bonae fidei iudiciis. Sed hoc sic accipiendum est, ut si quidem ex continenti pacta subsecuta sunt, etiam ex parte actoris insint: si ex intervallo, non inerunt, nec valebunt, si agat, ne ex pacto actio nascatur. Ut puta post divortium convenit, ne tempore statuto dilationis dos reddatur, sed statim: hoc non valebit, ne ex pacto actio nascatur: idem Marcellus scribit. Et si in tutelae actione convenit, ut maiores quam statutae sunt usurae praestentur, locum non habebit, ne ex pacto nascatur actio: ea enim pacta insunt, quae legem contractui dant, id est quae in ingressu contractus facta sunt. Idem responsum scio a Papiniano, et si post emptionem ex intervallo aliquid extra naturam contractus conveniat, ob hanc causam agi ex empto non posse propter eandem regulam, ne ex pacto actio nascatur. Quod et in omnibus bonae fidei iudiciis erit dicendum. Sed ex parte rei locum habebit pactum, quia solent et ea pacta, quae postea interponuntur, parere exceptiones.

5 §. Tam tikrais atvejais ieškinys gali atsirasti tiesiogiai iš susitarimo, kaip atsitinka geros valios *(bonae fidei)* ieškiniuose. Paprastai mes teigiame, kad geros valios ieškiniai daro netiesioginę įtaką ir neformaliems susitarimams. Tačiau tai reikėtų suprasti taip: jeigu neformalus susitarimas buvo sudarytas pasirašant pagrindinę sutartį, tai jam taikomas ieškovo ieškinys; jeigu jis sudaromas po tam tikro laiko – į jį nebus atsižvelgta ir ieškiniu nebus galima pasinaudoti, nes susitarimas nėra pagrindas ieškiniui pareikšti. Pavyzdžiui, po skyrybų buvo susitarta, kad kraitis bus grąžintas tuoj pat, o ne po tam tikro laiko. Toks paktas neturės galios, nes juo remiantis ieškinys negali būti teikiamas. Marcelas teigia, kad tas pats atsitinka, jeigu proceso dėl globos metu susitariama, kad būtų mokami didesni procentai, negu buvo nustatyta; toks paktas neturės jokių teisinių padarinių, nes remiantis sutartimi ieškinys negali būti teikiamas; ieškiniai, duodami dėl tų sutarčių, suteikia joms teisinę galią jas pasirašant. Aš žinau, kad lygiai taip pat atsakė ir Papinianas: būtent, kad jei sudarius pirkimo–pardavimo sutartį praėjus tam tikram laikui susitariama dėl ko nors, kas neatitinka sutarties teisinio turinio, tai ieškinys, remiantis pirkimo–pardavimo sutartimi ir vadovaujantis ta pačia taisykle [kad iš susitarimo negali kilti ieškinys], nebus duodamas. Tai pasakytina apie visus geros valios ieškinius. Tačiau paktas gali turėti teisinių padarinių atsakovui, nes ir vėliau sudaromos sutartys dažniausiai nulemia išlygas.

7.6. Adeo autem bonae fidei iudiciis exceptiones postea factae, quae ex eodem sunt contractu, insunt, ut constet in emptione ceterisque bonae fidei iudiciis re nondum secuta posse abiri ab emptione. Si igitur in totum potest, cur non et pars eius pactione mutari potest? Et haec ita Pomponius libro sexto ad edictum scribit. Quod cum est, etiam ex parte agentis pactio locum habet, ut et ad actionem proficiat nondum re secuta, eadem ratione. Nam si potest tota res tolli, cur non et reformari? Ut quodammodo quasi renovatus contractus videatur. Quod non insuptiliter dici potest. Unde illud aeque non reprobo, quod Pomponius libris lectionum probat, posse in parte recedi pacto ab emptione, quasi repetita partis emptione. Sed cum duo heredes emptori exstiterunt, venditor cum altero pactus est, ut ab emptione recederetur: ait Iulianus valere pactionem et dissolvi pro parte emptionem: quoniam et ex alio contractu paciscendo alter ex heredibus adquirere sibi potuit exceptionem. Utrumque itaque recte placet, et quod Iulianus et quod Pomponius.

7.7. Ait praetor: "pacta conventa, quae neque dolo malo, neque adversus leges plebis scita senatus consulta decreta edicta principum, neque quo fraus cui eorum fiat facta erunt, servabo."

6 §. Nagrinėjant teisme geros valios ieškinius visada gali atsirasti ta pačia sutartimi pagrįstų ir vėliau pareikštų išlygų, nes žinoma, kad esant pirkimo–pardavimo ieškiniams (taip pat ir kitiems geros valios ieškiniams), kol veiksmas dar neatliktas, galima atsisakyti pirkti. Taigi jeigu galima pakeisti visą sutartį, kodėl gi negalima susitarimu pakeisti jos dalies. Ir Pomponijus VI edikto komentaro knygoje rašo, kad taip galima. Dėl to, kad taip galima, toks paktas galimas ir ieškovo iniciatyva, ir jis būtų naudingas ieškiniui, kol veiksmas dar neatliktas. Taigi laikoma, kad sutartis kažkokiu būdu būtų tarsi atnaujinta. Tai yra ganėtinai subtilus dalykas. Todėl taip pat neprieštarauju Pomponijaus nuomonei, išdėstytai Skaitymų knygose, kad paktu iš dalies galima atsisakyti pirkti, tarsi tam tikra jo dalis būtų atnaujinta. Jeigu miręs pirkėjas turi du įpėdinius ir pardavėjas su vienu iš jų susitarė, kad šis atsisakytų pirkinio, tai, Julijono nuomone, susitarimas galioja ir pirkimo–pardavimo sutartis iš dalies pasibaigia. Kadangi esant bet kokiam kitam susitarimui bet kuris iš įpėdinių galėjo gauti išlygą, tai yra teisinga ir tai, ką teigia Pomponijus, ir tai, ką teigia Julijonas.

7 §. Pretorius teigia, kad „yra pareigos laikytis paktų ir konvencijų, kurie neprieštarauja įstatymams, plebiscitams, Senato nutarimams, ediktams, princepsų dekretams; jie nėra sudaryti turint piktų kėslų ar siekiant apeiti kurią nors iš šių taisyklių“.

7.8. Pactorum quaedam in rem sunt, quaedam in personam. In rem sunt, quotiens generaliter paciscor ne petam: in personam, quotiens ne a persona petam, id est ne a Lucio Titio petam. Utrum autem in rem an in personam pactum factum est, non minus ex verbis quam ex mente convenientium aestimandum est: plerumque enim, ut Pedius ait, persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur, cum quo pactum factum est.

8 §. Vienos sutartys yra daiktinės, kitos – asmeninės. Daiktinės yra tada, kai aš remdamasis sutartimi įsipareigoju visai nereikšti reikalavimų teisme; asmeninės yra tada, kai įsipareigoju nereikšti reikalavimų konkrečiam asmeniui, pavyzdžiui, nereikalauti iš Liucijaus Ticijaus. Vertinant, ar sutartis yra daiktinė, ar asmeninė, reikia atkreipti dėmesį ne tik į [sutarties] žodžius, bet ir į siekius tų, kurie tarėsi; kaip teigia Pedijus, asmuo dažnai įtraukiamas į sutartį ne tam, kad sutartis būtų asmeninė, o siekiant parodyti, su kuo ji buvo sudaryta.

7.9. Dolo malo ait praetor pactum se non servaturum. Dolus malus fit calliditate et fallacia: et ut ait Pedius, dolo malo pactum fit, quotiens circumscribendi alterius causa aliud agitur et aliud agi simulatur.

9 §. Pretorius teigia, kad jis negins sutarčių, sudarytų turint piktų kėslų. Pikti kėslai įgyvendinami gudrybėmis ir apgaule; kaip teigia Pedijus, sutartis sudaroma turint piktų kėslų tada, kai siekiant ką nors apsukti daroma viena apsimetinėjant, kad daroma kita.

7.10. Sed si fraudandi causa pactum factum dicatur, nihil praetor adicit: sed eleganter Labeo ait hoc aut iniquum esse, aut supervacuum. Iniquum, si quod semel remisit creditor debitori suo bona fide, iterum hoc conetur destruere: supervacuum, si deceptus hoc fecerit, inest enim dolo et fraus.

10 §. Būna, kad sutartis sudaroma siekiant apgauti, bet pretorius savo edikte šiuo klausimu nieko papildoma nenumato. Tačiau Labeonas kandžiai pabrėžia, kad tai būtų arba neteisinga, arba nereikalinga. Neteisinga – kai kreditorius remdamasis susitarimu geranoriškai vieną kartą debitoriui ką nors atleidžia, o vėliau stengiasi to atsisakyti. Nereikalinga – kai apgautasis atleidžia, nes ir (tokia) apgaulė sudaro nusikalstamo ketinimo turinį.

7.11. Sive autem ab initio dolo malo pactum factum est sive post pactum dolo malo aliquid factum est, nocebit exceptio propter haec verba edicti "neque fiat".

7.12. Quod fere novissima parte pactorum ita solet inseri "rogavit Titius, spopondit Maevius", haec verba non tantum pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis: ideoque ex stipulatu nascitur actio, nisi contrarium specialiter adprobetur, quod non animo stipulantium hoc factum est, sed tantum paciscentium.

7.13. Si paciscar, ne pro iudicati vel incensarum aedium agatur, hoc pactum valet.

7.14. Si paciscar, ne operis novi nuntiationem exsequar, quidam putant non valere pactionem, quasi in ea re praetoris imperium versetur: Labeo autem distinguit, ut si ex re familiari operis novi nuntiatio sit facta, liceat pacisci, si de re publica, non liceat: quae distinctio vera est. Et in ceteris igitur omnibus ad edictum praetoris pertinentibus, quae non ad publicam laesionem, sed ad rem familiarem respiciunt, pacisci licet: nam et de furto pacisci lex permittit.

11 §. Kita vertus, ir tuo atveju, kai sutartis buvo sudaryta iš anksto turint piktavališkų kėslų, ir tuo atveju, kai ją sudarius buvo atliktas koks nors tyčinis piktavališkas veiksmas, bus galima pritaikyti išlygą siekiant apginti sutartį, remiantis šiais edikto žodžiais: „Sudaryti neturint piktavališkų kėslų".

12 §. Todėl baigiamojoje sutarties dalyje labai dažnai randami žodžiai: „Ticijus klausė, Mevijus iškilmingai pažadėjo." Ši formulė taikoma sudarant ne tik sutartį, bet ir stipuliaciją. Todėl stipuliacijos pagrindu atsiranda ieškinys, išskyrus atvejus, kai tiesiogiai įrodoma priešingai, t. y. kad buvo veikiama siekiant ne stipuliuoti, o taikiai susitarti.

13 §. Jeigu siekdamas įgyvendinti teismo sprendimą susitariu neprieštarauti arba nereikšti ieškinio dėl padegtų pastatų, toks susitarimas turės galią.

14 §. Jeigu susitariu, kad nesieksiu uždrausti naujos statybos, tai, kai kurių teigimu, toks susitarimas yra niekinis, nes prieštarauja pretoriaus įsakymui. Tačiau Labeonas teigia, kad yra teisėta tartis, jei naujos statybos draudimas siejamas su šeimos nuosavybe (turtu), o jeigu draudimas siejamas su valstybės nuosavybe [turtu], tartis neleidžiama. Šis Labeono atribojimas yra pagrįstas. Ir vis dėlto yra teisėta tartis dėl visko, kas numatyta pretoriaus edikte, nėra susiję su pažeidimu to, kas priklauso viešajai [sričiai], ir yra privačios nuosavybės dalykas: juk ir vagystės atveju įstatymas leidžia tartis dėl pavogto daikto.

7.15. Sed et si quis paciscatur, ne depositi agat, secundum Pomponium valet pactum. Item si quis pactus sit, ut ex causa depositi omne periculum praestet, Pomponius ait pactionem valere nec quasi contra iuris formam factam non esse servandam.

7.16. Et generaliter quotiens pactum a iure communi remotum est, servari hoc non oportet: nec legari, nec iusiurandum de hoc adactum ne quis agat servandum Marcellus libro secundo Digestorum scribit: et si stipulatio sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet, servanda non est, sed omnimodo rescindenda.

7.17. Si ante aditam hereditatem paciscatur quis cum creditoribus ut minus solvatur, pactum valiturum est.

7.18. Sed si servus sit, qui paciscitur, priusquam libertatem et hereditatem apiscatur, quia sub condicione heres scriptus fuerat, non profuturum pactum Vindius scribit: Marcellus autem libro octavo decimo Digestorum et suum heredem et servum necessarium pure scriptos, paciscentes priusquam se immisceant putat recte pacisci, quod verum est. Idem et in extraneo herede: qui si mandatu creditorum adierit, etiam mandati putat eum habere actionem. Sed si quis, ut supra rettulimus, in servitute pactus

15 §. Pasak Pomponijaus, tokia sutartis turi galią ir kai kas nors susitaria nereikšti ieškinio dėl pasaugos, taip pat jeigu kas nors susitaria atsakyti už visokeriopą saugomam daiktui padarytą žalą; Pomponijus teigia, kad toks susitarimas turi teisinę galią, nors atrodo, kad jis tarsi sudarytas prieštaraujant teisinėms nuostatoms.

16 §. Sutarties neturi būti laikomasi visais atvejais, kai ji prieštarauja bendrosios teisės nuostatoms. Marcelas II Digestų knygoje rašo, kad neturi būti vykdomi nei legatai, nei prievartinė priesaika dėl to, kad kas nors nereikš ieškinio. Taip pat neturi būti paisoma ir stipuliacijos, dėl kurios nėra teisėta tartis, ir bet kokiu atveju ji turi būti nutraukta.

17 §. Jeigu kas nors, prieš priimdamas palikimą, susitaria su kreditoriais, kad sumokės mažiau negu privalėtų, tai susitarimas galios.

18 §. Jeigu prieš gaudamas laisvę ir palikimą, kurie atitenka su sąlyga, sutartį sudaro vergas, tai Vindijus rašo, kad toks susitarimas negalioja. Marcelas XVIII Digestų knygoje teigia, kad jeigu vergas testamentu paskirtas be jokių sąlygų savuoju ir būtinuoju paveldėtoju, tai jis teisėtai sudaro susitarimą iki priims palikimą, ir tai teisinga. Tas pats galioja ir *extranei heredes* [įpėdiniams, nepriklausantiems mirusiojo šeimai], kurie priima palikimą kreditorių *mandatum* pagrindu. Marcelas teigia, kad jam priklauso ir pave-

est, negat Marcellus, quoniam non solet ei proficere, si quid in servitute egit, post libertatem: quod in pacti exceptione admittendum est. Sed an vel doli ei prosit exceptio, quaeritur. Marcellus in similibus speciebus licet antea dubitavit, tamen admisit: ut puta filius familias heres institutus pactus est cum creditoribus et emancipatus adiit hereditatem: et dicit doli eum posse uti exceptione. Idem probat, et si filius vivo patre cum creditoribus paternis pactus sit: nam et hic doli exceptionem profuturam. Immo et in servo doli exceptio non est respuenda.

7.19. Hodie tamen ita demum pactio huiusmodi creditoribus obest, si convenerint in unum et communi consensu declaraverint, quota parte debiti contenti sint: si vero dissentiant, tunc praetoris partes necessariae sunt, qui decreto suo sequetur maioris partis voluntatem.

8. PAPINIANUS 10 resp.
Maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum placuit. Quod si aequales sint in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum praeferendus est. In numero autem pari creditorum auctoritatem eius sequetur praetor, qui dignitate inter eos praecellit. Sin autem omnia undique in

dimo ieškinys. Bet jeigu kas nors, kaip minėjome, susitarė būdamas vergas, Marcelas neigia susitarimo galiojimą, nes tai, kas buvo padaryta būnant vergu, negali būti naudinga po išlaisvinimo. Tai taikoma ir susitarimo išlygai. Tačiau kyla klausimas, ar jis bent gali pasinaudoti *exceptio doli*? Marcelas iš pradžių abejojo, bet vėliau pripažino. Pavyzdžiui, jei sūnus, būdamas tėvo valdžioje ir paskirtas įpėdiniu, sudarė sutartį su kreditoriais, kad jie gaus mažiau, jis galės pasinaudoti *exceptio doli*. Tą patį jis pripažįsta ir jeigu sūnus dar esant gyvam tėvui susitarė su šio kreditoriais, nes ir šiuo atveju apgaulės išlyga *(exceptio doli)* jam bus naudinga. Vis dėlto ir kalbant apie vergą galimybė suteikti *exceptio doli* negali būti atmesta.

19 §. Kita vertus, šiandien tokiu susitarimu galima oponuoti kreditoriams tik tada, kai bendrai susitariama ir gaunamas visų pritarimas dėl aiškaus nustatymo tikslios skolos dalies, kuria kreditoriai pasitenkins. Jeigu šiuo klausimu nesutariama, būtina pasitelkti pagalbon pretorių ir vykdyti daugumos valią remiantis jo dekretu.

8. *Papinianas, X Atsak.*
Nuspręsta, kad kaip kaip „dauguma“ čia suprantamas skolos dydis, o ne asmenų skaičius. Todėl jeigu visiems yra skolingi tokią pačią sumą, pirmenybę reikia teikti [tai daliai], kurią sudaro didesnis kreditorių skaičius. Jeigu kreditorių skaičius vienodas, pretorius remsis garbingiausiojo [kreditoriaus] autoritetu. O kai vi-

unam aequalitatem concurrant, humanior sententia a praetore eligenda est. Hoc enim ex divi Marci rescripto colligi potest.

9pr. PAULUS 62 ad ed.
Si plures sint qui eandem actionem habent, unius loco habentur. Ut puta plures sunt rei stipulandi vel plures argentarii, quorum nomina simul facta sunt: unius loco numerabuntur, quia unum debitum est. Et cum tutores pupilli creditoris plures convenissent, unius loco numerantur, quia unius pupilli nomine convenerant. Nec non et unus tutor plurium pupillorum nomine unum debitum praetendentium si convenerit, placuit unius loco esse. Nam difficile est, ut unus homo duorum vicem sustineat. Nam nec is, qui plures actiones habet, adversus eum, qui unam actionem habet, plurium personarum loco accipitur.

9.1. Cumulum debiti et ad plures summas referemus, si uni forte minutae summae centum aureorum debeantur, alii vero una summa aureorum quinquaginta: nam in hunc casum spectabimus summas plures, quia illae excedunt in unam summam coadunatae.

9.2. Summae autem applicare debemus etiam usuras.

sais atžvilgiais padėtis bus lygiavertė, pretorius ras humaniškiausią sprendimą. Tai išplaukia iš vieno dieviškojo imperatoriaus Marko reskriptų.

9 pr. *Paulius, LXII Ed.*
Jeigu keletas asmenų disponuoja tuo pačiu ieškiniu, jie vertinami kaip vienas asmuo. Pavyzdžiui, keli kreditoriai – tos pačios stipuliacijos dalyviai, arba keletas bankininkų, teikiančių vienodus reikalavimus, vertinami kaip vienas asmuo, nes skola yra viena. Keli susitarę vieno mažamečio – kreditoriaus – globėjai vertinami kaip vienas asmuo, nes jie susitarė to paties mažamečio vardu. Be to, ir kai vienas globėjas susitaria kelių tos pačios skolos reikalaujančių mažamečių vardu, nustatyta juos vertinti kaip vieną, nes sunku vienam žmogui veikti vietoj dviejų. Netgi tas, kuris turi keletą ieškinių, palyginti su tuo, kuris turi tik vieną, nėra vertinamas kaip keletas asmenų.

1 §. Visą skolą mes jungiame į keletą [atskirų] skolos sumų, pavyzdžiui, vienam tai gali būti keletas nedidelių sumų, bendrai sudarančių 100 aurėjų, kitam – viena 50 aurėjų suma: šiuo atveju visų pirma atsižvelgsime į pavienes sumas, nes sudėtos į vieną jos viršys antrosios skolos sumą.

2 §. Prie gautos sumos turime pridėti ir procentus.

10pr. ULPIANUS 4 ad ed.
Rescriptum autem divi Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant convenire. Quid ergo si quidam absentes sint? Num exemplum praesentium absentes sequi debeant? Sed an et privilegiariis absentibus haec pactio noceat, eleganter tractatur: si modo valet pactio et contra absentes. Et repeto ante formam a divo Marco datam divum Pium rescripsisse fiscum quoque in his casibus, in quibus hypothecas non habet, et ceteros privilegiarios exemplum creditorum sequi oportere. Haec enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conservanda sunt.

10.1. Si pacto subiecta sit poenae stipulatio, quaeritur, utrum pacti exceptio locum habeat an ex stipulatu actio. Sabinus putat, quod est verius, utraque via uti posse prout elegerit qui stipulatus est: si tamen ex causa pacti exceptione utatur, aequum erit accepto eum stipulationem ferre.

10.2. Plerumque solemus dicere doli exceptionem subsidium esse pacti exceptionis: quosdam denique, qui exceptione pacti uti non possunt, doli exceptione usuros et Iulianus scribit et alii plerique consentiunt. Ut puta si procurator meus paciscatur, exceptio doli mihi proderit, ut trebatio videtur, qui putat, sicuti pactum procuratoris mihi nocet, ita et prodesse,

10 pr. *Ulpianas, IV Ed.*
Kita vertus, pagal dieviškojo Marko reskriptą, lyg ir visi kreditoriai privalėtų susitarti. Bet ką daryti, jei kai kurie iš jų nedalyvauja? Ar privalo nedalyvavusieji sekti dalyvavusiųjų pavyzdžiu? Ar toks susitarimas gali pakenkti ir nedalyvaujantiems privilegijų turintiems kreditoriams, aiškinama gudriai: tai įvyks tik jeigu jis [susitarimas], žinoma, apskritai galios ir nedalyvaujantiesiems. Aš prisimenu, kad dar prieš dieviškojo Marko potvarkį dieviškasis Pijus reskriptu buvo nustatęs, kad ir fiskas [iždas], tais atvejais, kai neturi hipotekos, ir kiti privilegijuoti kreditoriai privalo sekti dalyvavusių kreditorių pavyzdžiu. Visa tai turi būti taikoma kreditoriams, neturintiems hipotekos.

1 §. Jeigu sutartis papildyta netesybų stipuliacija, kyla klausimas, kas bus taikoma: ar iš sutarties išplaukianti *exceptio*, ar iš stipuliacijos kylantis ieškinys. Pasak Sabino, ir tai yra arčiau tiesos, galima pasinaudoti ir viena, ir kita priemone; tai priklauso nuo to, ką pasirenka stipuliatorius. Kada vis dėlto pasinaudojama *exceptio*, būtų teisinga, kad stipuliatorius atsisakytų prievolės, atsirandančios stipuliacijos pagrindu.

2 §. Be to, mums įprasta teigti, kad *exceptio doli* yra ramstis iš sutarties kylančiai *exceptio*. Pagaliau ir Julijonas rašo, ir daugelis kitų su tuo sutinka, kad kai kurie, negalintys pasinaudoti *exceptio*, gali pasinaudoti *exceptio doli*. Pavyzdžiui, jeigu mano prokuratorius [atstovas] sudaro sutartį, aš galėsiu pasinaudoti *exceptio doli*, kaip atrodo Trebacijui, kurio nuomone, prokuratoriaus sutartis man gali būti tiek naudinga, tiek kenksminga,

11. PAULUS 3 ad ed.
quia et solvi ei potest.

12. ULPIANUS 4 ad ed.
Nam et nocere constat, sive ei mandavi ut pacisceretur, sive omnium rerum mearum procurator fuit: ut et Puteolanus libro primo Adsessoriorum scribit: cum placuit eum etiam rem in iudicium deducere.

13pr. PAULUS 3 ad ed.
Sed si tantum ad actionem procurator factus sit, conventio facta domino non nocet, quia nec solvi ei possit.

13.1. Sed si in rem suam datus sit procurator, loco domini habetur: et ideo servandum erit pactum conventum.

14. ULPIANUS 4 ad ed.
Item magistri societatium pactum et prodesse et obesse constat.

15. PAULUS 3 ad ed.
Tutoris quoque, ut scribit Iulianus, pactum pupillo prodest.

11. *Paulius, III Ed.*
nes jam dar gali būti sumokėta.

12. *Ulpianas, IV Ed.*
Juk neginčytina, kad [susitarimas] man kenkia, jeigu aš jam pavedžiau sudaryti sutartį arba jeigu jis buvo visų mano reikalų patikėtinis, ir, kaip rašo Puteolanas I Asesorių knygoje, tikslinga, kad prokuratorius bylinėtųsi teisme iki ginčo įtvirtinimo *(litis contestatio).*

13 pr. *Paulius, III Ed.*
Jeigu prokuratorius buvo paskirtas tik vesti procesą, tai jo sudarytas susitarimas negali kenkti tam, kuris pavedė vesti procesą, nes jam galima ir nemokėti.

1 §. Bet jeigu prokuratorius buvo paskirtas savo sąskaita, tai laikoma, kad jis užima įgaliojusiojo vesti bylą vietą, todėl sudarytos sutarties reikės laikytis.

14. *Ulpianas, IV Ed.*
Taip pat yra neginčytina, kad sutartis, kurią sudarė mokesčių atpirkėjų administratorius, vienu atveju bendrovei gali būti naudinga, o kitu – kenksminga.

15. *Paulius, III Ed.*
Taip pat ir globėjo sudaryta sutartis, pasak Julijono, yra naudinga globotiniui.

16pr. ULPIANUS 4 ad ed.
Si cum emptore hereditatis pactum sit factum et venditor hereditatis petat, doli exceptio nocet. Nam ex quo rescriptum est a divo Pio utiles actiones emptori hereditatis dandas, merito adversus venditorem hereditatis exceptione doli debitor hereditarius uti potest.

16.1. Sed et si inter dominum rei venditae et emptorem convenisset, ut homo qui emptus erat redderetur, ei qui pro domino rem vendidit petenti pretium doli exceptio nocebit.

17pr. PAULUS 3 ad ed.
Si tibi decem dem et paciscar, ut viginti mihi debeantur, non nascitur obligatio ultra decem: re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum sit.

17.1. Quaedam actiones per pactum ipso iure tolluntur: ut iniuriarum, item furti.

17.2. De pignore iure honorario nascitur ex pacto actio: tollitur autem per exceptionem, quotiens paciscor ne petam.

16 pr. *Ulpianas, IV Ed.*
Jeigu [skolininkas] sudarė sutartį su palikimo pirkėju, o palikimo pirkėjas teisme pareikš ieškinį [skolininkui], tai gali būti pateikta *exceptio doli*, kuri šito daryti neleidžia. Remiantis tuo, kas buvo nustatyta dieviškojo Pijaus reskriptu, palikimo pirkėjo naudai turi būti teikiami ieškiniai, o palikimo skolininkas pagrįstai gali pasinaudoti *exceptio doli* prieš palikimo pardavėją.

1 §. Bet jeigu parduoto daikto savininkas ir pirkėjas susitarė, kad parduotas vergas būtų grąžintas, tai tam, kuris pardavė daiktą savininko vardu, *exceptio doli* užkerta kelią pareikšti teisme ieškinį dėl kainos.

17 pr. *Paulius, III Ed.*
Jeigu aš tau duodu 10, bet susitariu, kad tu man skolingas 20, tai didesnei sumai nei 10 prievolė neatsiras; perduodant daiktą negali atsirasti didesnė prievolė negu ta, kuri atitinka perduotojo vertę.

1 §. Kai kurie ieškiniai išnyksta sutarties pagrindu ir *ipso iure*, pavyzdžiui, deliktiniai ir vagystės *(furtum)* ieškiniai.

2 §. Remiantis pretorių teise, ieškinys dėl įkeitimo visada kyla iš sutarties ir išnyksta ekscepcijos pagrindu, kai susitariu ieškinio nereikšti teisme.

17.3. Si quis paciscatur, ne a se petatur, sed ut ab herede petatur, heredi exceptio non proderit.

3 §. Jeigu kas nors susitaria, kad ieškinys bus pareikštas ne jam, o įpėdiniui, tai pastarasis iš ekscepcijos neturės jokios naudos.

17.4. Si pactus sim, ne a me neve a Titio petatur, non proderit Titio, etiamsi heres extiterit, quia ex post facto id confirmari non potest. Hoc Julianus scribit in patre, qui pactus erat, ne a se neve a filia peteretur, cum filia patri heres extitisset.

4 §. Jeigu aš susitariau, kad nei iš manęs, nei iš Ticijaus nebus reikalaujama, tai pastarasis net tapęs mano įpėdiniu negaus jokios naudos, nes toks susitarimas negali įgyti teisinės galios remiantis po jo sudarymo atsiradusiu faktu. Taip rašo Julijonas, turėdamas omeny ir tėvą, kuris susitarė, kad nebus reikalaujama nei iš jo, nei iš dukters, kuri ateityje taps jo įpėdine.

17.5. Pactum conventum cum venditore factum si in rem constituatur, secundum plurium sententiam et emptori prodest, et hoc iure nos uti Pomponius scribit: secundum Sabini autem sententiam etiam si in personam conceptum est, et in emptorem valet: qui hoc esse existimat et si per donationem successio facta sit.

5 §. Remiantis daugumos nuomone, susitarimas su pardavėju, kai susitariama dėl daikto, bus naudingas pirkėjui; ir, pasak Pomponijaus, mes šią teisę taikome. Tačiau, Sabino nuomone, net ir su asmeniu susijęs susitarimas taip pat galios pirkėjui. Pasak jo, tas pats galios ir kai teisės bus padovanotos.

17.6. Cum possessor alienae hereditatis pactus est, heredi, si evicerit, neque nocere neque prodesse plerique putant.

6 §. Sudarydamas sutartį svetimo palikimo valdytojas, daugumos [teisininkų] nuomone, negali nei kenkti, nei būti naudingas įpėdiniui, jeigu pastarasis susigrąžins palikimą.

17.7. Filius servusve si paciscantur, ne a patre dominove petatur,

7 §. Jeigu sūnus arba vergas sudarys sutartį, kad reikalavimas nebūtų reiškiamas tėvui arba šeimininkui,

18. GAIUS 1 ad ed. provinc.
sive de eo paciscantur, quod cum ipsis, sive de eo, quod cum patre dominove contractum est,

18. *Gajus, I Prov. ed.*
tai neatsižvelgiant į tai, ar susitarimas susijęs su jų pačių, ar tėvo ir šeimininko sutartimi,

19 pr. PAULUS 3 ad ed.
adquirent exceptionem. Idem est et in his, qui bona fide serviunt.

19.1. Item si filius familias pactus fuerit ne a se petatur, proderit ei, et patri quoque, si de peculio conveniatur.

20. GAIUS 1 ad ed. provinc.
Vel de in rem verso, vel si quasi defensor filii, si hoc maluerit conveniatur,

21 pr. PAULUS 3 ad ed.
et heredi patris vivo filio: post mortem vero filii nec patri nec heredi eius, quia personale pactum est.

21.1. Quod si servus, ne a se peteretur, pactus fuerit, nihil valebit pactum: de doli exceptione videamus. Et si in rem paciscatur, proderit domino et heredi eius pacti conventi exceptio: quod si in personam pactum conceptum est, tunc domino doli superest exceptio.

19 pr. *Paulius, III Ed.*
jiems išlyga suteikiama. Tas pats galioja ir tiems, kurie [būdami] laisvi savanoriškai tampa [kieno nors] vergais [laisvas pilietis, dirbantis už skolą kreditoriui *(liber bona fide servines)*].

1 §. Taip pat ir jeigu tėvo valdžioje esantis sūnus susitaria, kad jam nebus reiškiami reikalavimai, [toks susitarimas] bus naudingas jam ir jo tėvui, jeigu pastarajam bus pareikštas ieškinys dėl pekulijaus.

20 pr. *Gajus, I Prov. ed.*
Arba ieškinys dėl praturtėjimo pavaldaus asmens sandorio pagrindu, arba tada, kai tėvas procese dalyvaus tarsi sūnaus gynėjas, jeigu, žinoma, to pageidaus,

21. *Paulius, III Ed.*
ir tai bus naudinga taip pat ir tėvo įpėdiniui, kol yra gyvas sūnus. Tačiau nebus naudinga nei tėvui, nei jo įpėdiniui po sūnaus mirties, nes tai yra su asmeniu susijusi sutartis.

1 §. Jeigu susitarimą, kad jam nebus reiškiamas reikalavimas, sudarė vergas, [tokia] sutartis neturės teisinės galios. Išnagrinėkime *exceptio doli*. Jeigu buvo susitarta dėl daikto, tai ekscepcija, [atsirandanti] iš sutarties, bus naudinga tik šeimininkui ir jo įpėdiniui. Jei sutartis yra asmeninė, tai ekscepcija priklausys tik šeimininkui.

21.2. Nos autem his, qui in nostra potestate sunt, paciscendo prodesse non possumus: sed nobis id profuturum, si nomine eorum conveniamur, Proculus ait: quod ita recte dicitur, si in paciscendo id actum sit. Ceterum si paciscar, ne a Titio petas, deinde actionem adversus me nomine eius instituas, non est danda pacti conventi exceptio: nam quod ipsi inutile est, nec defensori competit. Iulianus quoque scribit, si pater pactus sit, ne a se neve a filio petatur, magis est ut pacti exceptio filio familias danda non sit, sed doli prosit.

21.3. Filia familias pacisci potest, ne de dote agat, cum sui iuris esse coeperit.

21.4. Item filius familias de eo, quod sub condicione legatum est, recte paciscetur.

21.5. In his, qui eiusdem pecuniae exactionem habent in solidum, vel qui eiusdem pecuniae debitores sunt, quatenus alii quoque prosit vel noceat pacti exceptio, quaeritur. Et in rem pacta omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse eius qui paciscebatur interfuit. Itaque debitoris conventio fideiussoribus proficiet,

2 §. Mes gi negalime sudarydami sutartį suteikti naudos tiems, kurie yra mūsų valdžioje. Tačiau Prokulas teigia, kad tai mums bus naudinga tik jeigu būsime iškviesti į teismą dėl [esančiųjų mūsų valdžioje]. Toks tvirtinimas yra teisingas, jeigu tai bus numatyta sudarant sutartį. Bet jeigu aš susitarsiu, kad tu nereikši reikalavimo Ticijui, o vėliau man pareikši ieškinį jo vardu, tai išlyga iš sutarties nebus suteikiama. Juk tai, kas nenaudinga pačiam [teisiamajam], netinka ir jo gynėjui. Be to, Julijonas rašo, kad jeigu tėvas susitarė, kad nebus reikalaujama nei iš jo, nei iš sūnaus, tai geriausia tėvo valdžioje esančiam sūnui neduoti atsikirtimo iš sutarties; jam *exceptio doli* bus naudinga.

3 §. Duktė, esanti tėvo valdžioje, gali sudaryti sutartį, kad tapusi visiškai teisni nepateiks ieškinio dėl kraičio.

4 §. Taip pat ir sūnus, esantis tėvo valdžioje, remdamasis įstatymu gali sudaryti sutartį dėl to, kas jam buvo numatyta legatu su [tam tikra] sąlyga.

5 §. Kalbant apie tuos, kuriems yra suteikta teisė bendrai reikalauti tos pačios pinigų sumos, arba apie tos pačios pinigų sumos skolininkus, kyla klausimas, kiek ekscepcija iš sutarties gali būti naudinga arba kenksminga kam nors iš jų? Ir daiktinės sutartys yra naudingos visiems [skolininkams], jeigu tas, kuris sudarė susitarimą, buvo suinteresuotas, kad išnyktų jų prievolės. Šitaip skolininko susitarimas dėl to, kad jo nekvies teisman, bus naudingas jo laiduotojui,

22. ULPIANUS 4 ad ed.
nisi hoc actum est, ut dumtaxat a reo non petatur, a fideiussore petatur: tunc enim fideiussor exceptione non utetur.

23pr. PAULUS 3 ad ed.
Fideiussoris autem conventio nihil proderit reo, quia nihil eius interest a debitore pecuniam non peti. Immo nec confideiussoribus proderit.

23.1. Neque enim quoquo modo cuiusque interest, cum alii conventio facta prodest, sed tunc demum, cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei qui pactus est proficiat: sicut in reo promittendi et his qui pro reo obligati sunt.

24. PAULUS 3 ad Plaut.
Sed si fideiussor in rem suam spopondit, hoc casu fideiussor pro reo accipiendus est et pactum cum eo factum cum reo factum esse videtur.

25pr. PAULUS 3 ad ed.
Idem in duobus reis promittendi et duobus argentariis sociis.

22. *Ulpianas, IV Ed.*
jeigu nebuvo numatyta, kad tik skolininkui nebus reiškiami reikalavimai, o jo laiduotojui bus, nes tokiu atveju laiduotojas negalės pasinaudoti ekscepcija.

23 pr. *Paulius, III Ed.*
Tačiau laiduotojo susitarimas neduos jokios naudos pagrindiniam skolininkui, nes šis visiškai nesuinteresuotas, kad iš pagrindinio skolininko nebūtų reikalaujama pinigų. Tai neduos jokios naudos bendralaiduotojams, nes niekam nenaudinga, kad [ieškovo] su kuo nors kitu sudarytas susitarimas būtų naudingas [savo turiniu atsakovui].

1 §. Nes tik tada [susitarimas bus naudingas], kai tam, kuris jį sudarė, [tas] susitarimas, bendrai tariant, duos naudos jam [sudarytojui] suteiktos ekscepcijos pagrindu; pavyzdžiui, kai yra pagrindinis debitorius ir tie, kurie už jį įsipareigojo.

24. *Tas pats [Paulius], III Plautijui*
Jeigu [laiduotojas] iškilmingai pasižadėjo garantuodamas savo turtu, jis [laiduotojas] turi būti vertinamas kaip pagrindinis skolininkas ir susitarimas su juo laikomas sudarytu su pagrindiniu skolininku.

25 pr. *Tas pats [Paulius], III Ed.*
Tas pats galioja ir dviem skolininkams bei dviem bankininkams, kurie yra verslo partneriai [ir pirmuoju, ir antruoju atvejais].

25.1. Personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad heredem, Labeo ait.

25.2. Sed quamvis fideiussoris pactum reo non prosit, plerumque tamen doli exceptionem reo profuturam Iulianus scribit,

26. ULPIANUS 4 ad ed.
videlicet si hoc actum sit, ne a reo quoque petatur. Idem et in confideiussoribus est.

27 pr. PAULUS 3 ad ed.
Si unus ex argentariis sociis cum debitore pactus sit, an etiam alteri noceat exceptio? Neratius Atilicinus Proculus, nec si in rem pactus sit, alteri nocere: tantum enim constitutum, ut solidum alter petere possit. Idem Labeo: nam nec novare alium posse, quamvis ei recte solvatur: sic enim et his, qui in nostra potestate sunt, recte solvi quod crediderint, licet novare non possint. Quod est verum. Idemque in duobus reis stipulandi dicendum est.

1 §. Labeonas teigia, kad asmeninė sutartis netaikoma nei kitam asmeniui, nei įpėdiniui.

2 §. Kita vertus, nors laiduotojo sutartis nėra naudinga pagrindiniam skolininkui, Julijonas rašo, kad vis dėlto pagrindinis skolininkas dažniausiai gali pateikti *exceptio doli*,

26. *Ulpianas, IV Ed.*
suprantama, jeigu susitarta, kad reikalavimas nebus reiškiamas ir pagrindiniam skolininkui. Tas pats galioja ir bendralaiduotojams.

27 pr. *Paulius, III Ed.*
Jeigu vienas iš bankininkų [verslo partnerių] susitarė su skolininku, tai ar galima bus pareikšti ekscepciją neatsižvelgiant į kito verslo partnerio interesus? Neracijus, Atilicinas ir Prokulas teigia, kad net jei susitariama dėl konkretaus daikto, ekscepcija kitam nekenkia, nes nustatyta, kad kitas gali pareikšti visos apimties reikalavimą. Taip pat galvoja Labeonas: vienas narys negali atlikti novacijos kitam, nors su juo proporcingai atsiskaitoma: taip pat ir tiems, kurie yra mūsų valdžioje, nors jie negali atlikti novacijos, proporcingai atlyginama tai, ką jie davė skolon. Ir tai yra tiesa. Tas pats sakytina ir apie dviejų bendrakreditorių stipuliaciją.

27.1. Si cum reo ad certum tempus pactio facta sit, ultra neque reo neque fideiussori prodest. Quod si sine persona sua reus pepigerit, ne a fideiussore petatur, nihil id prodesse fideiussori quidam putant, quamquam id rei intersit: quia ea demum competere ei debeat exceptio, quae et reo. Ego didici prodesse fideiussori exceptionem: non sic enim illi per liberam personam adquiri, quam ipsi, qui pactus sit, consuli videmur: quo iure utimur.

27.2. Pactus, ne peteret, postea convenit ut peteret: prius pactum per posterius elidetur, non quidem ipso iure, sicut tollitur stipulatio per stipulationem, si hoc actum est, quia in stipulationibus ius continetur, in pactis factum versatur: et ideo replicatione exceptio elidetur. Eadem ratione contingit, ne fideiussoribus prius pactum prosit. Sed si pactum conventum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, velut iniuriarum, non poterit, postea paciscendo ut agere possit, agere: quia et prima actio sublata est et posterius pactum ad actionem parandam inefficax est: non enim ex pacto iniuriarum actio nascitur, sed ex contumelia. Idem dicemus et in bonae fidei contractibus, si pactum conventum totam obligationem sustulerit, veluti empti: non enim ex novo pacto

1 §. Jeigu su pagrindiniu skolininku buvo sudaryta sutartis tam tikram terminui, tai šiam laikui pasibaigus ji nebebus naudinga nei skolininkui, nei laiduotojui. Todėl, jeigu skolininkas neįvardydamas savęs susitarė, kad laiduotojui nebūtų reiškiami reikalavimai, kai kas galvoja, kad tai neturės jokios naudos laiduotojui, nors tuo būtų suinteresuotas skolininkas; nes laiduotojui turėtų priklausyti tik ta ekscepcija, kuri priklauso ir skolininkui. Aš vis dėlto nustačiau, kad laiduotojas turės naudos iš ekscepcijos, nes mums atrodo, kad tokiu atveju jam [laiduotojui] laisvo žmogaus pagalba [tokia privilegija] nėra suteikiama ir padedama tam, kas sudarė sutartį. Tokia taisykle mes ir vadovaujamės.

2 §. Buvo susitarta, kad asmuo nereikš reikalavimų, bet vėliau buvo susitarta dėl galimybės juos reikšti. Ankstesnį susitarimą panaikina vėlesnis, tačiau ne *ipso iure*, kaip tai atsitiktų, jeigu tai būtų daroma, kai viena stipuliacija, jeigu tai numatyta, pasibaigia kitos stipuliacijos pagrindu; stipuliacijos remiasi teise, o sutartyse aptariamos faktinės aplinkybės; todėl ekscepcija panaikinama priešpriešiniu atsikirtimu. Dėl tos pačios priežasties pirmoji sutartis [įsigaliojus vėlesniajai] yra nenaudinga laiduotojams. Bet jeigu susitarimas buvo sudarytas siekiant išvengti [pašalinti] ieškinio [pavyzdžiui, kylančio dėl skriaudos asmeniui], tai vėliau negalima susitarti dėl galimybės pareikšti ieškinį, nes pirmasis ieškinys panaikintas, o vėlesnis susitarimas negali būti nau-

prior obligatio resuscitatur, sed proficiet pactum ad novum contractum. Quod si non ut totum contractum tolleret, pactum conventum intercessit, sed ut imminueret, posterius pactum potest renovare primum contractum. Quod et in specie dotis actionis procedere potest. Puta pactam mulierem, ut praesenti die dos redderetur, deinde pacisci, ut tempore ei legibus dato dos reddatur: incipiet dos redire ad ius suum. Nec dicendum est deteriorem condicionem dotis fieri per pactum: quotiens enim ad ius, quod lex naturae eius tribuit, de dote actio redit, non fit causa dotis deterior, sed formae suae redditur. Haec et Scaevolae nostro placuerunt.

27.3. Illud nulla pactione effici potest, ne dolus praestetur: quamvis si quis paciscatur ne depositi agat, vi ipsa id pactus videatur, ne de dolo agat: quod pactum proderit.

jojo ieškinio atsiradimo pagrindu. Ne iš susitarimo, o iš įžeidimo fakto atsiranda ieškinys dėl skriaudos. Tą patį galime pasakyti ir apie *bonae fidei* sutartis, jeigu susitarimas visiškai panaikina prievolę, kaip, pavyzdžiui, prievolę iš pirkimo–pardavimo sutarties, nes ne naujas susitarimas atkuria ankstesnę prievolę, o susitarimas pagrindžia ankstesnę sutartį. Todėl, jeigu sutartis buvo sudaryta siekiant ne visiškai panaikinti ankstesnę sutartį, bet tam tikrų apribojimų, tai vėlesnis susitarimas gali atnaujinti pirmąją sutartį [tai gali būti ir esant ieškiniui dėl kraičio]. Pavyzdžiui, jei moteris, sudariusi susitarimą, kad kraitis bus grąžintas nedelsiant, vėliau sudaro susitarimą, kad kraitį grąžintų [įstatyme numatytu terminu], tai jis grąžinamas į savo pirminę teisinę būseną. Ir negalima teigti, kad kraičio teisinė padėtis pablogėjo sudarius sutartį, nes kiekvieną kartą, kada ieškinys dėl kraičio grąžinamas į tą teisinę būseną, kurią jam suteikė įstatymas, remiantis jo esme, kraičio padėtis ne blogėja, o grįžta į savo tikrąją būseną. Tokios nuomonės laikosi ir mūsų Scevola.

3 §. Kad nebus atsakoma už apgaulę, negali būti susitarta jokiu būdu, nors kai kas nors susitaria nereikšti ieškinio dėl pasaugos sutarties, laikoma, kad jis neišvengiamai susitaria nereikšti ir ieškinio dėl apgaulės. Toks susitarimas jam bus naudingas.

27.4. Pacta, quae turpem causam continent, non sunt observanda: veluti si paciscar ne furti agam vel iniuriarum, si feceris: expedit enim timere furti vel iniuriarum poenam: sed post admissa haec pacisci possumus. Item ne experiar interdicto unde vi, quatenus publicam causam contingit, pacisci non possumus. Et in summa, si pactum conventum a re privata remotum sit, non est servandum: ante omnia enim animadvertendum est, ne conventio in alia re facta aut cum alia persona in alia re aliave persona noceat.

4 §. Sutarčių, sudarytų amoraliu pagrindu, nėra paisoma: pavyzdžiui, jeigu aš susitariu, kad nereikšiu ieškinio dėl vagystės ar dėl asmeninės skriaudos, tai natūralu, kad būtų bijomasi bausmės už vagystę ar asmeninę skriaudą; bet kada šie veiksmai jau atlikti, mes galime sudaryti tokį susitarimą. Taip pat negalime susitarti, kad nebus įgyvendintas interdiktas *unde vi*, nes tai susiję su viešuoju reikalu. Apskritai ten, kur sutartis susijusi su viešaisiais interesais, jos neturi būti laikomasi; ir iš tikrųjų pirmiausia reikia žiūrėti, kad susitarimas, sudarytas dėl tam tikro daikto ar tam tikro asmens, nepadarytų žalos kitam daiktui ar kitam asmeniui.

27.5. Si cum decem mihi deberes, pepigero, ne a te viginti petam: in decem prodesse tibi pacti conventi vel doli exceptionem placet. Item si cum viginti deberes, pepigerim, ne decem petam: efficeretur per exceptionem mihi opponendam, ut tantum reliqua decem exigere debeam.

5 §. Jei susitarsime, kad nereikalausiu 10, nors tu man skolingas 20, tai nuspręsta, kad dėl 10-ies tu galėsi pasinaudoti atsikirtimais, jog buvo sudarytas susitarimas arba, kad ieškovas apgaudinėja ir tai tau bus naudinga. Lygiai taip pat, jeigu tu man esi skolingas 20, o aš susitariau nereikalauti 10-ies, tai dėl eksepcijos, kuri man gali būti pateikta, aš galiu reikalauti tik likusiųjų 10-ies.

27.6. Sed si stipulatus decem aut Stichum de decem pactus sim et petam Stichum aut decem: exceptionem pacti conventi in totum obstaturam: nam ut solutione et petitione et acceptilatione unius rei tota obligatio solveretur, ita pacto quoque convento de una re non petenda interposito totam obligationem summoveri. Sed si id actum inter nos

6 §. Bet jeigu man kaip stipuliacija buvo pažadėta 10 arba Stichas (vergas) ir aš susitariu dėl 10-ies, o vėliau reikalauju Sticho arba 10-ies, tai ekscepcija, paremta šiuo susitarimu, galės būti pateikta dėl viso mano reikalavimo: juk sumokėjus arba pareiškus ieškinį, arba iškilmingai atleidus nuo prievolės vienam daiktui vykdymo, pasibaigia visa prievolė;

sit, ne decem mihi, sed Stichus praestetur: possum efficaciter de Sticho agere, nulla exceptione opponenda. Idem est et si de Sticho non petendo convenerit.

27.7. Sed si generaliter mihi hominem debeas et paciscar, ne Stichum petam: Stichum quidem petendo pacti exceptio mihi opponetur, alium autem hominem si petam, recte agam.

27.8. Item si pactus, ne hereditatem peterem, singulas res ut heres petam: ex eo, quod pactum erit, pacti conventi exceptio aptanda erit, quemadmodum si convenerit ne fundum peterem et usum fructum petam, aut ne navem aedificiumve peterem et dissolutis his singulas res petam: nisi specialiter aliud actum est.

27.9. Si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne peteretur.

taip pat ir sudarius sutartį, kad nebus reikalaujama vieno iš daiktų, panaikinama visa prievolė. Bet jeigu mes susitarėm, kad man bus duotas Stichas, o ne 10, galiu reikalauti Sticho, ir man negrės jokia procesinė išlyga (atsikirtimas). Tas pats, tik atvirkščiai, galios, jei buvo susitarta nereikalauti Sticho.

7 §. Tačiau jei tu man turi duoti kokį nors vergą ir aš susitariau nereikalauti Sticho, bet reikalauju būtent jo, tai galės būti taikoma ekscepcija iš sutarties; jeigu aš reikalauju kito vergo, tai elgiuosi teisingai.

8 §. Tas pats pasakytina, jeigu aš, susitaręs nereikalauti palikimo remdamasis *petitio hereditatis*[23] ieškiniu, esu įpėdinis ir reikalauju atskirų palikimą sudarančių daiktų; ekscepcija iš sutarties turi būti suteikiama taip pat, kaip, pavyzdžiui, ir tuo atveju, kai buvo susitarta, kad aš nereikalausiu sklypo, bet reikalauju uzufrukto, arba kad nereikalausiu laivo ar pastato, bet juos išardžius reikalausiu atskirų jų dalių, jeigu tik konkrečiu klausimu nebuvo susitarta kitaip.

9 §. Jeigu akceptiliacija[24] buvo nereikalinga, laikoma, kad nebylaus [šalių] pritarimo būdu buvo susitarta, kad reikalavimas nebus reiškiamas.

[23] *Petitio hereditatis* – ieškinys, kurį pateikdamas įpėdinis galėjo išsireikalauti visą paveldimą turtą.

[24] *Acceptilatio* – tariamo prievolės įvykdymo rūšis; žodinis kreditoriaus pareiškimas, kad jis atgavo skolą; būdas panaikinti žodines sutartis.

27.10. Servus hereditarius heredi post adituro nominatim pacisci non potest, quia nondum is dominus sit: sed si in rem pactum conventum factum sit, heredi adquiri potest.

28pr. GAIUS 1 ad ed. provinc.
Contra iuris civilis regulas pacta conventa rata non habentur: veluti si pupillus sine tutoris auctoritate pactus sit ne a debitore suo peteret, aut ne intra certum tempus veluti quinquennium peteret: nam nec solvi ei sine tutoris auctoritate potest. Ex diverso autem si pupillus paciscatur, ne quod debeat a se peteretur, ratum habetur pactum conventum: quia meliorem condicionem suam facere ei etiam sine tutoris auctoritate concessum est.

28.1. Si curator furiosi aut prodigi pactus sit, ne a furioso aut prodigo peteretur, longe utile est curatoris recipi pactiones: sed non contra.

28.2. Si filius aut servus pactus sit, ne ipse peteret, inutile est pactum. Si vero in rem pacti sunt, id est ne ea pecunia peteretur, ita pactio eorum rata habenda erit adversus patrem dominumve, si liberam peculii administrationem habeant et ea res, de qua pacti sint, peculiaris sit. Quod et ipsum non est expeditum: nam cum verum est, quod Iuliano placet, etiamsi maxime quis administrationem peculii habeat

10 §. Vergas, kaip palikimo dalis, negali susitarti įpėdinio, kuris vėliau priims palikimą, vardu, nes pastarasis dar nėra vergo šeimininkas. Tačiau jei susitarimas buvo sudarytas dėl daikto, tai įpėdinis gali iš to turėti naudos.

28 pr. *Gajus, I Prov. ed.*
Sutartys, sudarytos prieštaraujant *ius civile* taisyklėms, negalioja. Pavyzdžiui, susitarimas negalioja, jeigu globotinis be globėjo sutikimo susitarė nereikšti reikalavimų savo skolininkui arba tam tikrą laiką, pavyzdžiui, penkerius metus, nereikalaus per teismą iš jo skolos; juk jam, be globėjo sutikimo, negali net būti išmokėta [pinigų suma]. Tačiau jeigu globotinis susitaria, kad iš jo nebus reikalaujama skolos, ši sutartis turės teisinę galią, nes globotinis turi teisę pagerinti savo padėtį ir be globėjo pritarimo.

1 §. Jeigu bepročio ar eikvotojo rūpintojas susitaria, kad iš bepročio ar eikvotojo nebus reikalaujama, tai šiuos rūpintojo susitarimus tikslinga pripažinti galiojančiais, bet ne atvirkščiai.

2 §. Jeigu sūnus ar vergas susitaria, kad jie nereikš reikalavimų, tai toks susitarimas yra negaliojantis. Bet jeigu jie susitarė dėl tam tikro daikto, kitaip tariant, kad jo nebus reikalaujama, šis susitarimas galios tėvui ir šeimininkui, jeigu sūnus arba vergas gali nevaržomai administruoti pekulijų, o tas daiktas, dėl kurio susitarė, yra pekulijaus dalis. Tačiau ši nuostata pati savaime nėra neginčytina, nes teisinga

concessam, donandi ius eum non habere: sequitur ut, si donandi causa de non petenda pecunia pactus sit, non debeat ratum haberi pactum conventum. Quod si pro eo ut ita pacisceretur aliquid, in quo non minus vel etiam amplius esset, consecutus fuerit, rata habenda est pactio.

29. ULPIANUS 4 ad ed.
Sin autem dominicam pecuniam crediderit, quod credendi tempore pactus est valere Celsus ait.

30pr. GAIUS 1 ad ed. provinc.
In persona tamen filii familias videndum est, ne aliquando, et si pactus sit ne ageret, valeat pactio: quia puis aliquando filius familias habet actionem, veluti iniuriarum. Sed cum propter iniuriam filio factam habeat et pater actionem, quin pactio filii nocitura non sit patri agere volenti, dubitari non oportet.

30.1. Qui pecuniam a servo stipulatus est, quam sibi Titius debebat, si a Titio petat, an exceptione pacti conventi summoveri et possit et debeat, quia pactus videatur, ne a Titio petat, quaesitum est. Iulianus ita summovendum putat, si stipulatori in dominum istius servi de peculio actio danda est, id est

Julijono nuomonė, kad netgi tas (sūnus arba vergas), kuris turi neribotas pekulijaus valdymo teises, neturi dovanojimo teisės. Iš to išplaukia, kad jeigu susitarta nereikalauti per teismą tam tikros pinigų sumos, kuri buvo padovanota, tokia sutartis negali būti laikoma galiojančia. Tačiau toks susitarimas, kurį [sūnus ar vergas] sudarys siekdami įgyti ko nors ne mažiau arba net daugiau [didesnės vertės], laikomas galiojančiu.

29. *Ulpianas, IV Ed.*
Celsas teigia, kad jeigu [sūnus ar vergas] paskolino [kam nors] šeimininkui priklausančią pinigų sumą, tai, dėl ko [jis] susitarė pinigų perdavimo momentu, turi [teisinę] galią.

30 pr. *Gajus, I Prov. ed.*
Vis dėlto kalbant apie tėvo valdžioje esantį sūnų reikia svarstyti, ar visada susitarimas net ir tuo atveju, jeigu sūnus susitarė, kad jis nereikš ieškinio, negalioja, nes kartais tėvo valdžioje esančiam sūnui priklauso ieškinys, pavyzdžiui, iš deliktų. Tačiau turint omeny tai, kad esant deliktams prieš sūnų ieškinys priklauso ir tėvui, nereikia abejoti, jog sūnaus susitarimas nesutrukdys tėvui, jeigu jis norės pareikšti ieškinį.

1 §. Kyla klausimas, ar galima ir ar privaloma taikant ekscepciją iš sutarties atmesti reikalavimą to, kuris su vergu sudarytos stipuliacijos pagrindu reikalauja pinigų sumos, kurią jam skolingas Ticijus, jeigu jis to paties vėliau reikalauja ir iš Ticijaus, turint omenyje, kad jis susitarė iš pastarojo jos nebereikalauti. Juli-

si iustam causam intercedendi servus habuit, quia forte tantandem pecuniam Titio debuit: quod si quasi fideiussor intervenit, ex qua causa in peculium actio non daretur, non esse inhibendum creditorem, quo minus a Titio petat: aeque nullo modo prohiberi eum debere, si eum servum liberum esse credidisset.

30.2. Si sub condicione stipulatus fuerim a te quod Titius mihi pure deberet: an deficiente condicione si a Titio petam, exceptione pacti conventi et possim et debeam summoveri? Et magis est exceptionem non esse opponendam.

31. ULPIANUS 1 ad ed. aedil. curul.
Pacisci contra edictum aedilium omnimodo licet, sive in ipso negotio venditionis gerendo convenisset sive postea.

32. PAULUS 3 ad Plaut.
Quod dictum est, si cum reo pactum sit, ut non petatur, fideiussori quoque competere exceptionem: propter rei personam placuit, ne mandati iudicio conveniatur. Igitur si mandati actio nulla sit, forte si donandi animo fideiusserit, dicendum est non prodesse exceptionem fideiussori.

jono nuomone, stipuliatoriaus reikalavimas turi būti atmestas [tuo atveju], jeigu jam priklauso ieškinys dėl pekulijaus prieš to vergo šeimininką, kitaip tariant, jeigu vergas turėjo pagrįstą pagrindą prisiimti šią prievolę, pavyzdžiui, jis galbūt buvo skolingas Ticijui tokią pačią pinigų sumą. Todėl, jeigu vergas prisiima šią prievolę kaip laiduotojas, ieškinys dėl pekulijaus neduodamas, ir nereikia trukdyti kreditoriui pareikšti reikalavimą Ticijui. Be to, tikrai neverta jam [kreditoriui] trukdyti [pareikšti ieškinį], jeigu jis manė vergą esant laisvą.

2 §. Jeigu aš iš tavęs stipuliuoju su sąlyga tai, dėl ko Ticijus yra įpareigotas besąlygiškai, ar galima ir ar reikia į mano reikalavimą atsikirsti nurodant, kad sudarytas susitarimas, jei aš reiškiu reikalavimą sąlygai neįvykus, ir tikriausiai [šiuo atveju] prieš mane negali būti panaudota išlyga [ekscepcija].

31. *Ulpianas, I Kurul. ed.*
Leidžiama sudaryti sutartis nekreipiant dėmesio į [kurulinių] edilų ediktą tiek tariantis dėl pirkimo–pardavimo sandorio, tiek vėliau.

32. *Paulius, III Plautijui*
Kas buvo pasakyta apie tai, kad jeigu buvo susitarta su pagrindiniu skolininku, jog nebus reikalaujama sumokėti, tai ekscepcija priklauso ir laiduotojui. Nuspręsta, kad ši nuostata numatyta skolininko interesais, kad jam nebūtų pareikštas pavedimo ieškinys. Taigi, jeigu nėra jokio pavedimo ieškinio, jis galbūt laidavo norėdamas padovanoti dovaną. Reikia pasakyti, kad išlyga laiduotojui naudos neduos [bus nenaudinga].

33. CELSUS 1 Dig.
Avus neptis nomine, quam ex filio habebat, dotem promisit et pactus est, ne a se neve a filio suo dos peteretur. Si a coherede filii dos petatur, ipse quidem exceptione conventionis tuendus non erit, filius vero exceptione conventionis recte utetur. Quippe heredi consuli concessum est nec quicquam obstat uni tantum ex heredibus providere si heres factus sit, ceteris autem non consuli.

34. MODESTINUS 5 reg.
Ius adgnationis non posse pacto repudiari, non magis quam ut quis dicat nolle suum esse, Iuliani sententia est.

35. MODESTINUS 2 resp.
Tres fratres Titius et Maevius et Seia communem hereditatem inter se diviserunt instrumentis interpositis, quibus divisisse maternam hereditatem dixerunt nihilque sibi commune remansisse caverunt. Sed postea duo de fratribus, id est Maevius et Seia, qui absentes erant tempore mortis matris suae, cognoverunt pecuniam auream a fratre suo esse substractam, cuius nulla mentio instrumento divisionis continebatur. Quaero an post pactum divisionis de subrepta pecunia fratribus adversus fratrem competit actio. Modestinus respondit, si agentibus ob portionem eius, quod subreptum a Titio dicitur, generalis pacti conventi exceptio his, qui fraudem a Titio commissam ignorantes transegerunt, obiciatur, de dolo utiliter replicari posse.

33. *Celsas, I Dig.*
Senelis anūkės iš sūnaus pusės vardu iškilmingai pažadėjo kraitį ir susitarė, kad šio kraičio nereikalaus nei iš jo, nei iš sūnaus. Jeigu kraičio reikalaujama iš sūnaus [kito] įpėdinio, tas įpėdinis neturi gintis taikydamas ekscepciją iš sutarties, o sūnus pagrįstai pasinaudos būtent šia ekscepcija, nes leidžiama padėti įpėdiniui ir niekas netrukdo pasirūpinti tik vienu iš įpėdinių nuo tada, kai jis juo tampa, ir nesirūpinti kitais.

34. *Modestinas, V Tais.*
Julijono nuomone, negalima susitarimu paneigti agnatinių teisių, lygiai taip pat, kaip niekas negali teigti, kad nepageidauja būti „savuoju įpėdiniu“.

35. *Tas pats [Modestinas], II Atsak.*
Du broliai Ticijus, Mevijus ir sesuo Sėja pasidalijo bendrą palikimą, surašė dokumentus, kuriuose pareiškė, kad padalijo motinos palikimą, ir iškilmingai patvirtino, kad nieko bendra [nepadalyta] nė vienas iš jų sau nepasiliko. Bet vėliau Mevijus ir Sėja, kurių nebuvo šalia motinai mirštant, sužinojo, kad jų brolis pasisavino auksines monetas, apie kurias nieko nepasakyta dalybų dokumentuose. Klausiu, ar po dalybų sutarties broliui ir seseriai priklauso ieškinys dėl pasisavintų pinigų? Modestinas atsako, kad jeigu yra duodama ekscepcija iš sutarties prieš tuos, kurie susitarė nežinodami apie Ticijaus apgaulę ir siekia atgauti jiems priklausančią dalį to, ką Ticijus, jų teigimu, pasisavino, tai jie gali sėkmingai pasinaudoti procesine išlyga [atsikirtimu] dėl apgaulės.

36. PROCULUS 5 epist.
Si cum fundum meum possides, convenisset mihi tecum, ut eius possessionem Attio traderes: vindicantem eum fundum a te non aliter me conventionis exceptione excludi debere, quam si aut iam tradidisses, aut si tua causa id inter nos convenisset et per te non staret quo minus traderes.

37. PAPIRIUS 2 de const.
Imperatores Antoninus et Verus rescripserunt debitori rei publicae a curatore permitti pecunias non posse et, cum philippensibus remissae essent, revocandas.

38. PAPINIANUS 2 quaest.
Ius publicum privatorum pactis mutari non potest.

39. PAPINIANUS 5 quaest.
Veteribus placet pactionem obscuram vel ambiguam venditori et qui locavit nocere, in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.

40pr. PAPINIANUS 1 resp.
Tale pactum "profiteor te non teneri" non in personam dirigitur, sed cum generale sit, locum inter heredes quoque litigantes habebit.

36. *Prokulas, V Laiškų*
Jeigu tu, valdydamas mano žemės sklypą, susitarei su manimi, kad perduosi jo valdymą Acijui, tai aš teisme reikalaudamas iš tavęs to sklypo privalau būti nušalintas taikant ekscepciją tik jeigu tu jį jau perdavei [Acijui] arba jeigu mūsų susitarimas buvo sudarytas tavo interesais, ir tai, kad perdavimas neįvyko, su tavimi nesusiję.

37. *Papirijus Justinas, II Konst.*
Imperatoriai Antoninas ir Veras reskriptu nustatė, kad kuratorius negali atleisti valstybės skolininko nuo [tam tikros] pinigų sumos sumokėjimo, ir nors [kai kurie] filipiečiai buvo atleisti nuo skolų grąžinimo, jas privaloma išreikalauti.

38. *Papinianas, II Klaus.*
Viešoji teisė negali būti pakeista remiantis privačiomis sutartimis.

39. *Tas pats [Papinianas], V Klaus.*
Senovės[25] juristai manė, kad neaiškus ar dviprasmiškas susitarimas kenkia pardavėjui ir nuomotojui, kurie privalėjo aiškiau surašyti sutarties turinį.

40 pr. *Tas pats [Papinianas], I Atsak.*
Sutartis „pripažįstu, kad nesi įpareigotas" nepriskirtina prie asmeninių ir kaip bendrojo pobūdžio bus taikoma ir kilus įpėdinių ginčui.

---

[25] Senovės juristais paprastai vadinami Romos respublikos laikotarpio teisininkai.

40.1. Qui provocavit, pactus est intra diem certum pecunia, qua transegerat, non soluta iudicatis se satisfacturum: iudex appellationis nullo alio de principali causa discusso iustam conventionem velut confessi sequetur.

40.2. Post divisionem bonorum et aeris alieni singuli creditores a singulis heredibus non interpositis delegationibus in solidum, ut convenerat, usuras acceptaverunt: actiones, quas adversus omnes pro partibus habent, impediendae non erunt, si non singuli pro fide rei gestae totum debitum singulis offerant.

40.3. Pater, qui dotem promisit, pactus est, ut post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia portio dotis apud heredem suum fratrem remaneret. Ea conventio liberis a socero postea susceptis et heredibus testamento relictis per exceptionem doli proderit, cum inter contrahentes id actum sit, ut heredibus consulatur et illo tempore, quo pater alios filios non habuit, in fratrem suum iudicium supremum contulisse videatur.

1 §. Pateikusysis apeliaciją sudarė susitarimą, kad per tam tikrą laiką sumokės priteistą [ankstesniu sprendimu] sumą, bet nesumokės tos sumos, dėl kurios pasirašė taikos sutartį. Apeliaciją nagrinėjantis teisėjas, netirdamas daugiau nieko, kas susiję su pagrindiniu ginču, tegul vadovaujasi šiuo susitarimu kaip teisėtu, lyg būtų įvykęs prisipažinimas.

2 §. Po turto ir visų skolų dalybų kiekvienas kreditorius atskirai gavo, kaip buvo susitarta, visas palūkanas [nuo visos skolos sumos] net neperkėlus skolos kiekvienam. Ieškiniai, kuriuos turi kiekvienas kreditorius dėl jam priklausančios dalies prieš visus įpėdinius, nebus ginčijami, jeigu kiekvienas įpėdinis, remdamasis tuo, kas padaryta, nepasiūlys kiekvienam kreditoriui atskirai visos skolos sumos.

3 §. Tėvas, kuris iškilmingai pažadėjo kraitį, susitarė, kad jeigu po jo mirties duktė, būdama susituokusi, mirs nepalikusi vaikų, tai kraičio dalis atiteks jo įpėdiniui – [jo] broliui. Jeigu uošvis vėliau susilauks palikuonių, toks susitarimas bus jiems naudingas *exceptio doli* pagrindu, taip pat ir įpėdiniams pagal testamentą, nes šalys susitarė rūpintis įpėdiniais, ir jeigu tėvas neturi kitų vaikų [išskyrus dukterį], atrodo savaime suprantama, kad savo paskutiniosios valios vykdymą patiki [savo] broliui.

41. PAPINIANUS 11 resp.
"Intra illum diem debiti partem mihi si solveris, acceptum tibi residuum feram et te liberabo." Licet actionem non habet, pacti tamen exceptionem competere debitori constitit.

42. PAPINIANUS 17 resp.
Inter debitorem et creditorem convenerat, ut creditor onus tributi praedii pignerati non adgnosceret, sed eius solvendi necessitas debitorem spectaret. Talem conventionem quantum ad fisci rationem non esse servandam respondi: pactis etenim privatorum formam iuris fiscalis convelli non placuit.

43. PAULUS 5 quaest.
In emptionibus scimus, quid praestare debitor debeat quidque ex contrario emptor: quod si in contrahendo aliquid exceptum fuerit, id servari debebit.

44. SCAEVOLA 5 resp.
Cum in eo esset pupillus, ut ab hereditate patris abstineretur, tutor cum plerisque creditoribus decidit, ut certam portionem acciperent: idem curatores cum aliis fecerunt. Quaero, an et tutor idemque creditor patris eandem portionem retinere debeat. Respondi eum tutorem, qui ceteros ad portionem vocaret, eadem parte contentum esse debere.

41. *Tas pats [Papinianas], XI Atsak.*
„Jeigu tu man sumokėsi dalį skolos iki šios dienos pabaigos, aš tau dovanosiu likusią skolos dalį ir panaikinsiu prievolę." Šiuo atveju, nors [ieškovui] nepriklauso ieškinys, laikoma, kad jam priklauso išlyga iš susitarimo.

42. *Tas pats [Papinianas], XVII Atsak.*
Skolininkas ir kreditorius susitarė, kad prievolė sumokėti mokesčius už įkeistą sklypą tenka [ne kreditoriui, bet] skolininkui. Aš atsakiau, kad toks privačių asmenų susitarimas prieštarauja mokesčių teisės nuostatoms ir jo neturi būti laikomasi.

43. *Paulius, V Klaus.*
Apie pirkimą žinome, kokios yra pirkėjo ir pardavėjo pareigos: todėl, jeigu sudarant sutartį buvo padaryta išimčių, tai jos galioja ir jų reikia laikytis.

44. *Scevola, V Atsak.*
Tuo atveju, kai globotiniui nebuvo leista priimti tėvo palikimo, globėjas su daugeliu kreditorių susitarė, kad jie gaus tam tikrą dalį [to, kas jiems priklauso]. Tą patį su kitais padarė globėjai. Klausiu, ar globėjui, kuris yra tėvo kreditorius, priklauso ta pati dalis? Aš atsakiau, kad globėjas, raginęs kitus priimti dalį, turi tenkintis tokia pačia dalimi.

45. HERMOGENIANUS 2 iuris epit.
Divisionis placitum nisi traditione vel stipulatione sumat effectum, ad actionem, ut nudum pactum, nulli prodesse poterit.

46. TRYPHONUS 2 disp.
Pactum inter heredem et legatarium factum, ne ab eo satis accipiatur, cum in semestribus relata est constitutio divi Marci servari in hoc quoque defuncti voluntatem, validum esse constat. Nec a legatario remissa heredi satisdatio per pactionem ex paenitentia revocari debet, cum liceat sui iuris persecutionem aut spem futurae perceptionis deteriorem constituere.

47pr. SCAEVOLA 1 Dig.
Emptor praedii viginti caverat se soluturum et stipulanti spoponderat: postea venditor cavit sibi convenisse, ut contentus esset tredecim et ut ea intra praefinita tempora acciperet: debitor ad eorum solutionem conventus pactus est, si ea soluta intra praefinitum tempus non essent, ut ex prima cautione ab eo petitio esset. Quaesitum est an, cum posteriore pacto satisfactum non sit, omne debitum ex prima cautione peti potest. Respondi secundum ea, quae proponerentur, posse.

45. *Hermogenianas, II Teisės ep.*
Susitarti dėl dalybų paprasta, išskyrus tuos atvejus, kai susitarimas įsigalioja [daikto perdavimo] ar stipuliacijos pagrindu ir yra tik sutartis, todėl niekam negali pasitarnauti kaip ieškinys.

46. *Trifonas, II Svarst.*
Neabejotina, kad įpėdinio ir legatoriaus sudaryta sutartis, kad įpėdinis neteiks užtikrinimo, turi teisinę galią, nes dieviškojo Marko nutarimų rinkinyje yra konstitucija, kuria remiantis į velionio valią šiuo klausimu taip pat turi būti atsižvelgta. Ir nors legatorius atleido įpėdinį nuo prievolės užtikrinti, jis negalėjo šio gailėdamasis susitarimu atšaukti [to], nes jam teismo procese ginant savo teises ar puoselėjant viltį gauti ateityje legato objektą leistina pasunkinti tik savo padėtį.

47 pr. *Scevola, I Dig.*
Dvaro pirkėjas pasižadėjo, kad sumokės 20, ir tai patvirtino formaliu pažadu stipuliacijos metu: vėliau pardavėjas susitarė su pirkėju, kad pasitenkins 13, kurie jam bus sumokėti per nustatytą terminą; skolininkas, susitaręs, kad mokės 13, sudarė sutartį, kad jeigu ši suma nebus sumokėta per iš naujo nustatytą terminą, tai jam bus pareikštas reikalavimas, pagrįstas pirmuoju pasižadėjimu. Klausiama, ar remiantis pirmąja sutartimi gali būti reikalaujama sumokėti, jei nebus įvykdytas paskutinysis susitarimas. Aš atsakiau, kad atsižvelgiant į tai, kas buvo išdėstyta, galima.

47.1. Lucius Titius Gaium Seium mensularium, cum quo rationem implicitam habebat propter accepta et data, debitorem sibi constituit et ab eo epistulam accepit in haec verba: "Ex ratione mensae, quam mecum habuisti, in hunc diem ex contractibus plurimis remanserunt apud me ad mensam meam trecenta octaginta sex et usurae quae competierint. Summam aureorum, quam apud me Tacitam habes, refundam tibi. Si quod instrumentum a te emissum, id est scriptum, cuiuscumque summae ex quacumque causa apud me remansit, vanum et pro cancellato habebitur." Quaesitum est, cum Lucius Titius ante hoc chirographum seio nummulario mandaverat, uti patrono eius trecenta redderet, an propter illa verba epistulae, quibus omnes cautiones ex quocumque contractu vanae et pro cancellato ut haberentur cautum est, neque ipse neque filii eius eo nomine conveniri possunt. Respondi, si tantum ratio accepti atque expensi esset computata, ceteras obligationes manere in sua causa.

1 §. Liucijus Ticijus pripažino savo skolininku bankininką Gajų Sėjų, su kuriuo turėjo bendrų neaiškių pajamų ir išlaidų sąskaitų, ir gavo iš šio tokį laišką: „Pagal banko sąskaitas, kurias mudu vedėme, šiandien mano banke, remiantis daugeliu dokumentų, liko 386 kartu su skolos palūkanomis. Aš tau grąžinsiu tą sumą auksinių, kurią tu laikei mano banke. Tačiau jeigu pas mane liko koks nors tavo išduotas dokumentas, surašytas dėl kokios nors sumos ir dėl bet kokios priežasties, jis bus laikomas negaliojančiu ir panaikintu." Manęs buvo paklausta, ar atsižvelgiant į tai, kad Liucijus Ticijus prieš minėtą laišką [jo surašymą] pavedė bankininkui Sėjui duoti 300 jo [Ticijaus] patronui, neatsitiks taip, kad dėl tų laiško žodžių, kuriais buvo nustatyta, jog bet koks dokumentas, susijęs su bet kokia sutartimi, yra negaliojantis, nei bankininkas Sėjus, nei jo vaikai nebus šaukiami teisman. Aš atsakiau, kad jeigu apibrėžtos tik pajamų ir išlaidų sąskaitos, tai visos kitos prievolės išlieka.

48. GAIUS 3 ad l. XII tab.
In traditionibus rerum quodcumque pactum sit, id valere manifestissimum est.

48. *Gajus, 3-ioji XII Lent.*
Akivaizdu, kad viskas, dėl ko buvo susitarta perduodant daiktus, turi besąlygišką teisinę galią.

49. ULPIANUS 36 ad Sab.

Si quis crediderit pecuniam et pactus sit ut, quatenus facere possit debitor, eatenus agat: an pactum valeat? Et magis est hoc pactum valere. Nec enim improbum est, si quis hactenus desideret conveniri, quatenus facultates patiuntur.

49. *Ulpianas, XXXVI Sab.*

Jeigu kas nors paskolino pinigų ir susitarė, kad jis reikalaus tik tiek, kiek skolininkas yra pajėgus atiduoti, tai ar toks susitarimas galioja? Vertingesnė nuomonė, kad šis susitarimas galioja. Juk nelaikoma negarbinga, jeigu kas nors susitaria dėl turtinės atsakomybės pagal savo galimybes.

50. ULPIANUS 42 ad Sab.

Non impossibile puto in contractibus depositi, commodati et locati et ceteris similibus hoc pactum: "ne facias furem vel fugitivum servum meum", hoc est: ne sollicites ut fur fiat, ut fugitivus fiat: ne ita neglegas servum, ut fur efficiatur. Sicut enim servi corrupti actio locum habet, ita potest etiam haec pactio locum habere, quae ad non corrumpendos servos pertinet.

50. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XLII Sab.*

Aš nemanau, kad pasaugos, paskolos, nuomos ir kituose panašiuose susitarimuose negalima taip susitarti – „kad tu nedarytum mano vergo vagimi arba bėgliu", t. y. kad tu jo neskatintum tapti vagimi arba bėgliu, kad tavo požiūris į vergą būtų nerūpestingas, kad jis [vergas] taps vagimi, nes kaip galima paduoti ieškinį dėl svetimo vergo tvirkinimo, taip galima dėl to ir susitarti.

51 pr. ULPIANUS 26 ad ed.

Si cum te ex causa legati debere pacisci debitori tuo existimas, pactus sit ne ab eo peteres: neque iure ipso liberatur debitor neque petentem summovebit exceptione conventionis, ut Celsus libro vicensimo scribit.

51 pr. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XXVI Ed.*

Jeigu tu, klaidingai įsitikinęs, kad remdamasis legatu privalai susitarti su savo skolininku nereikalauti iš jo skolos, tai, kaip rašo Celsas XX knygoje, skolininkas nėra atleidžiamas nuo prievolės *ipso iure* ir negalės reiškiamo reikalavimo panaikinti ekscepcija, kad buvo sudaryta sutartis.

51.1. Idem eodem loco scribit, si debitorem tuum iussisti solvere Titio, cui legatum falso debere existimas, et debitor pactus sit cum Titio suo debitor constituto: neque tibi adversus tuum debitorem neque ipsi adversus suum actionem peremptam.

1 §. Čia pat Celsas taip pat rašo, kad jeigu tu įsakei savo skolininkui sumokėti Ticijui tai, ką klaidingai manai esąs pagal legatą įpareigotas sumokėti skolininkui, o tavo skolininkas su Ticijumi, kuris yra jo skolininkas, susitarė, tai neišnyksta nei tavo ieškinys tavo skolininkui, nei šio ieškinys jo skolininkui.

52 pr. ULPIANUS 1 opin.
Epistula, qua quis coheredem sibi aliquem esse cavit, petitionem nullam adversus possessores rerum hereditariarum dabit.

52.1. Si inter debitorem et eum, qui fundum pigneratum a creditore quasi debitoris negotium gereret emerit, placuit ut habita compensatione fructuum solutoque, quod reliquum deberetur, fundus debitori restitueretur: etiam heres pacto, quod defunctus fecit, fidem praestare debet.

52.2. Pactum, ut si quas summas propter tributiones praedii pignori nexi factas creditor solvisset, a debitore reciperet, et ut tributa eiusdem praedii debitor penderet, iustum ideoque servandum est.

52.3. De inofficioso patris testamento acturis, ut eis certa quantitas, quoad viveret heres, praestaretur, pactus est: produci ad perpetuam praestationem id pactum postulabatur: rescriptum est neque iure ullo neque aequitate tale desiderium admitti.

53. ULPIANUS 4 opin.
Sumptus quidem prorogare litiganti honestum est: pacisci autem, ut non quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, sed pars dimidia eius, quod ex ea lite datum erit, non licet.

52 pr. *Tas pats [Ulpianas], I Nuom.*
Raštas, kuriame teigiama, kad kažkas yra bendraįpėdinis, nėra pagrindas pareikšti ieškinį paveldimo turto valdytojams.

1 §. Jeigu skolininkas ir tas, kuris, tarsi veikdamas skolininko naudai, nusipirko kreditoriui įkeistą žemės sklypą, susitarė, kad vaisiai bus įskaityti dengiant skolą, o likutis bus sumokėtas ir žemės sklypas grąžintas skolininkui, tai ir [pirkėjo] įpėdinis turi laikytis susitarimo, kurį sudarė mirusysis.

2 §. Yra teisinga ir turi būti laikomasi susitarimo, kad kreditorius susigrąžina iš skolininko pinigus, skirtus mokesčiams sumokėti už įkeistą žemės sklypą, ir kad skolininkas sumokės mokesčius už tą patį sklypą.

3 §. Su nusiteikusiaisiais pareikšti ieškinį dėl jų tėvo testamento teisėtumo susitarta, kad jiems, kol bus gyvas paveldėtojas, bus mokama tam tikra pinigų suma; [jie] pareikalavo, kad iš šio susitarimo kylanti prievolė būtų nuolat vykdoma. Tačiau reskriptu nustatyta, kad toks reikalavimas prieštarauja teisei ir teisingumui.

53. *Tas pats [Ulpianas], IV Nuom.*
Nors teismo išlaidas ginčo šalis privalo sumokėti iš anksto, draudžiama susitarti dėl to, kad ji tam panaudotą sumą grąžins be įstatyme nustatytų procentų, – tik pusę to, ką gaus šioje byloje.

54. SCAEVOLA not. ad Iul. 22 Dig.
Si pactus sim, ne Stichum, qui mihi debebatur, petam: non intellegitur mora mihi fieri mortuoque Sticho puto non teneri reum, qui ante pactum moram non fecerat.

55. IULIANUS 35 Dig.
Si debitor sit fructuarius et paciscatur servus, in quo usum fructum habet, ne ab eo petatur: paciscendo meliorem condicionem eius facit. Item si creditor esset fructuarius et pactus esset, ne peteret, servus autem fructuarius pacisceretur, ut peteret: beneficio pacti, quod servus interposuisset, utiliter ad petitionem admittetur.

56. IULIANUS 6 ad Minic.
Si convenerit, ne dominus a colono quid peteret, et iusta causa conventionis fuerit: nihilo minus colonus a domino petere potest.

57pr. FLORUS 8 inst.
Qui in futurum usuras a debitore acceperat, Tacite pactus videtur, ne intra id tempus sortem petat.

57.1. Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptum fuerit, veluti ne ego petam vel ne a te petatur: heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit et ab herede tuo omnes petere poterimus.

46.4. Procurator ut in ceteris quoque negotiis gerendis, ita et in litibus ex bona fide rationem reddere debet. Itaque quod ex lite consecutus erit sive principaliter ipsius rei nomine sive extrinsecus ob eam rem, debet mandati iudicio restituere usque adeo, ut et si per errorem aut iniuriam iudicis non debitum consecutus fuerit, id quoque reddere debeat.

46.5. Item contra quod ob rem iudicatam procurator solverit, contrario mandati iudicio reciperare debet: poenam autem, quam ex suo delicto praestitit, reciperare non debet.

46.6. Litis impendia bona fide facta vel ab actoris procuratore vel a rei debere ei restitui aequitas suadet.

46.7. Si duobus mandata sit administratio negotiorum, quorum alter debitor sit mandatoris, an alter cum eo recte acturus sit? Et utique recte: non enim ob id minus procurator intellegitur, quod is quoque cum quo agitur procurator sit.

47 IULIANUS libro quarto ad Urseium Ferocem. Qui duos procuratores omnium rerum suarum reliquit, nisi nominatim praecepit ut alter ab altero pecuniam petat, non videtur mandatum utrilibet eorum dedisse.

4 §. Kaip ir apie kitų reikalų tvarkymą, taip ir apie dalyvavimą teisme vedant bylas prokuratorius privalo sąžiningai atsiskaityti. Taigi tai, ką jis gavo iš bylinėjimosi teisme, tiek tiesiogiai iš tos bylos, tiek netiesiogiai, bet kas su ja susiję, jis privalo perduoti ieškinio iš pavedimo pagrindu; ir net jeigu dėl teisėjo apsirikimo ar neteisingumu jis įgijo tai, kas nepriklauso, privalo ir tai atiduoti.

5 §. Taip pat ir atvirkščiai, – tai, ką sumokėjo vykdydamas teismo sprendimą, prokuratorius privalo atgauti pareikšdamas priešinį ieškinį, kylantį iš pavedimo sutarties; kita vertus, baudos, kurią sumokėjo dėl paties padaryto pažeidimo, jis neturi atgauti.

6 §. Teisingumas lemia, kad pagrįstos išlaidos, kurias ieškovo ar atsakovo prokuratorius patyrė vesdamas bylą, jam privalo būti atlygintos.

7 §. Jei tvarkyti reikalus yra pavesta dviem, iš kurių vienas yra įgaliotojo skolininkas, ar teisinga bus, jei kitas imsis reikšti jam ieškinį? Bet kuriuo atveju tai yra teisinga: juk jo kaip prokuratoriaus įgaliojimai nelaikomi siauresniais dėl to, kad tas, kuriam jis reiškia ieškinį, taip pat yra prokuratorius.

47. *Julijonas, IV Ursėjaus Ferokso komentarų knygoje* Jei tas, kuris paskyrė du prokuratorius tvarkyti visus jo reikalus, tiesiogiai nenurodė, kad vienas pareikalautų pinigų iš kito, laikoma, kad nė vienam iš jų jis nedavė tokio pavedimo.

48 GAIUS libro tertio ad edictum provinciale. Itaque, si hoc specialiter mandatum est, tunc excipiente eo cum quo agitur «si non mihi mandatum sit, ut a debitoribus peterem» actorem ita debere replicare «aut si mihi mandatum est, ut a te peterem».

49 PAULUS libro quinquagensimo quarto ad edictum. Ignorantis domini condicio deterior per procuratorem fieri non debet.

50 GAIUS libro vicensimo secundo ad edictum provinciale. Quacumque ratione procurator tuus a me liberatus est, id tibi prodesse debet.

51 ULPIANUS libro sexagensimo ad edictum. Minor viginti quinque annis si defensor existat, ex quibus causis in integrum restitui possit, defensor idoneus non est, quia et ipsi et fideiussoribus eius per in integrum restitutionem succurritur.

51.1. Quoniam tamen defendere est eandem vicem quam reus subire, defensor mariti in amplius quam maritus facere possit non est condemnandus.

51.2. Is qui suscepit defensionem, etsi locupletissimus sit,

52 PAULUS libro quinquagensimo septimo ad edictum: etsi consularis sit,

48. *Gajus, III Prov. ed.*
Taigi tam buvo duotas tiesioginis pavedimas, tad į to, kuriam reiškiamas ieškinys, atsikirtimą „jeigu man nebūtų buvę pavesta reikalauti iš skolininkų [sumokėti]", ieškovas turi atsakyti taip: „arba jei man buvo pavesta pareikalauti iš tavęs."

49. *Paulius, LIV Ed.*
Įgaliotojo, neturinčio duomenų apie šią bylą, padėties neturi pabloginti prokuratoriaus veiksmai.

50. *Gajus, XXII Prov. ed.*
Nesvarbu, kokiu būdu tavo prokuratorius taptų laisvas [nuo prievolės] mano atžvilgiu, tai privalo būti tau naudinga.

51. *Ulpianas, LX Ed.*
Jei gynėju taptų tas, kuris nėra sulaukęs 25 metų amžiaus, tais atvejais, kai jo atžvilgiu galimas restitucijos taikymas, nebūtų tinkamas gynėjas, nes ir jam pačiam, ir jo laiduotojams *(fideiussores)* yra padedama taikant restituciją.

1 §. Ginti – reiškia prisiimti tokią pačią atsakomybę kaip ir atsakovas, todėl iš vyro gynėjo negali būti priteista sumokėti daugiau nei gali vyras.

2 §. Ėmęsis gynybos, net jei ir yra labai turtingas,

52. *Paulius, LVII Ed.*
ir net jei turi konsulo rangą [eina konsulo pareigas arba yra buvęs konsulas],

53 ULPIANUS libro sexagensimo ad edictum: non videtur defendere, nisi satisdare fuerit paratus.

54 PAULUS libro quinquagensimo ad edictum. Neque femina neque miles neque qui rei publicae causa afuturus est aut morbo perpetuo tenetur aut magistratum initurus est aut invitus iudicium pati non potest, idoneus defensor intellegitur.

54.1. Tutores, qui in aliquo loco administraverunt, eodem loco et defendi debent.

55 ULPIANUS libro sexagensimo quinto ad edictum. Procuratore in rem suam dato praeferendus non est dominus procuratori in litem movendam vel pecuniam suscipiendam: qui enim suo nomine utiles actiones habet, rite eas intendit.

56 IDEM libro sexagensimo sexto ad edictum. Ad rem mobilem petendam datus procurator ad exhibendum recte aget.

57 IDEM libro septuagensimo quatro ad edictum. Qui procuratorem dat, ut confestim agat, is intellegendus est permittere procuratori et postea litem peragere.

53. *Ulpianas, LX Ed.*
nelaikomas gynėju, jei nėra pasirengęs pateikti užtikrinimo.

54. *Paulius, L Ed.*
Tinkamu gynėju nelaikoma nei moteris, nei karys, nei tas, kuris yra išvykęs valstybės reikalais, arba nuolat kamuojamas ligos, arba ketinantis eiti magistrato pareigas, arba prieš savo valią negalintis dalyvauti procese.

1 §. Globėjai, kurie tvarkė reikalus tam tikroje vietoje, toje vietoje turi ir gintis.

55. *Ulpianas, LXV Ed.*
Paskyrus prokuratorių jo paties interesais, nederėtų įgaliotojui teikti pirmenybės pareiškiant ieškinius ar gaunant pinigus: juk tas, kuris asmeniškai įgalintas reikšti išvestinius [pagal analogiją] ieškinius, juos reiškia teisėtai.

56. *Tas pats [Ulpianas], LXVI Ed.*
Prokuratorius, paskirtas išreikalauti kilnojamąjį daiktą, turės teisę pareikšti ieškinį dėl daikto pristatymo [į teismą, pas magistratą].

57. *Tas pats [Ulpianas], LXXIV Ed.*
Kas skiria prokuratorių tam, kad šis nedelsdamas pareikštų ieškinį, manytina, suteikia jam ir leidimą vėliau užbaigti bylą.

57.1. Si quis remisit exceptionem procuratoriam, non poterit ex paenitentia eam opponere.

58 PAULUS libro septuagensimo primo ad edictum. Procurator, cui generaliter libera administratio rerum commissa est, potest exigere, novare, aliud pro alio permutare.

59 IDEM libro decimo ad Plautium. Sed et id quoque ei mandari videtur, ut solvat creditoribus.

60 IDEM libro quarto responsorum. Mandato generali non contineri etiam transactionem decidendi causa interpositam: et ideo si postea is qui mandavit transactionem ratam non habuit, non posse eum repelli ab actionibus exercendis.

61 IDEM libro primo ad Plautium. Plautius ait: procuratorem damnatum non debere conveniri, nisi aut in rem suam datus esset aut optulisset se, cum sciret cautum non esse, omnibus placuit. Idem erit observandum et si defensoris loco cum satisdatione se liti optulerit.

62 POMPONIUS libro secundo ex Plautio. Ad legatum petendum procurator datus si interdicto utatur adversus heredem de tabulis exhibendis,

1 §. Jei kas nors nepasinaudojo atsikirtimu prieš prokuratorių, tai, vėliau dėl to apgailestaudamas, negalės jo pateikti.

58. *Paulius, LXXI Ed.*
Prokuratorius, kuriam duotas bendrasis leidimas savo nuožiūra tvarkyti reikalus, gali reikšti reikalavimus, atlikti novaciją, mainyti vieną daiktą į kitą.

59. *Tas pats [Paulius], X Plautijaus*
Tačiau, matyt, jam taip pat suteikiami įgaliojimai tenkinti kreditorių reikalavimus [atsiskaityti su kreditoriais].

60. *Tas pats [Paulius], IV Atsak.*
Bendras pavedimas neapima [pavedimo] sudaryti taikos sutartį, kuria siekiama išspręsti [ginčą], todėl jeigu vėliau davusysis pavedimą taikos sutarčiai nepritartų, nevalia būtų jam kliudyti pareikšti ieškinį.

61. *Tas pats [Paulius], I Plautijaus*
Plautijus sako: „Bendra nuomonė yra tokia, kad nuteistajam [t. y. bylą pralaimėjusiam] prokuratoriui ieškinio reikšti nedera, nebent jis būtų buvęs paskirtas jo paties reikalams arba įstojęs pats, nors ir žinodamas, kad užtikrinimo nebuvo pateikta." To paties dera laikytis ir tada, jei gynėjo vaidmens jis imtųsi pateikdamas užtikrinimą.

62. *Pomponijus, 2-oji Plautijaus komentarų knyga*
Jei prokuratorius, paskirtas pareikalauti įvykdyti testamentinę išskirtinę [legatą], prieš įpėdinį pasinau-

procuratoria exceptio, quasi non et hoc esset ei mandatum, non obstat.

63 MODESTINUS libro sexto differentiarum. Procurator totorum bonorum, cui res administrandae mandatae sunt, res domini neque mobiles vel immobiles neque servos sine speciali domini mandatu alienare potest, nisi fructus aut alias res, quae facile corrumpi possunt.

64 IDEM libro tertio regularum. Is, cuius nomine defensor exstitit, si ante litem contestatam in praesentia fuerit et postulet suo nomine litem suscipere, causa cognita audiendus est.

65 IDEM libro singulari de heuremat. Si procuratorem absentem dominus satisdatione relevare velit, litteras suas ad adversarium derigere debebit, quibus significed, quem adversus eum procuratorem et in qua causa fecerit, ratumque se habiturum quod cum eo actum sit: hoc enim casu litteris eius adprobatis velut praesentis procuratorem intervenire intellegendum est. Itaque etsi postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator expertus est, ratum esse debet.

dotų interdiktu dėl testamento pateikimo, prieš jį pateikiamas atsikirtimas, neva jis dėl to nebuvo įgaliotas, nesukelia kliūčių.

63. *Modestinas, VI Skirst.*
Prokuratorius, kuriam pavestas viso turto tvarkymas, negali perleisti įgaliotojo daiktų, – nei kilnojamųjų, nei nekilnojamųjų, nei vergų, – be atskiro įgaliotojo pavedimo, išskyrus vaisius arba kitus veikiai gendančius daiktus.

64. *Tas pats [Modestinas], III Tais.*
Jei tas, kurio vardu veikia gynėjas, iki patvirtinant tarp šalių kilusį ginčą [t. y. iki *litis contestatio*] dalyvautų ir pareikalautų asmeninio dalyvavimo vedant bylą, jo derėtų išklausyti po bylos aplinkybių ištyrimo.

65. *Tas pats [Modestinas], „Apie radinius"*
Jeigu prokuratorių, kuris yra išvykęs, įgaliotojas panorėtų atleisti nuo užtikrinimo pateikimo, jis turėtų išsiųsti priešingai šaliai laišką, kuriame tegul nurodo, ką jis jo [t. y. priešingos šalies] atžvilgiu yra paskyręs prokuratoriumi ir kokioje byloje, taip pat tai, kad jis patvirtins proceso, vyksiančio dalyvaujant prokuratoriui, rezultatus. Juk šiuo atveju gavus laišką dera laikyti, kad prokuratorius veikia taip, tarytum atstovautų dalyvaujančiajam. Taigi net jeigu vėliau tas persigalvojęs nebenorėtų, kad jis būtų prokuratorius, ieškinys, kurį jis pareiškė kaip prokuratorius, sukeltų teisinių padarinių.

66 PAPINIANUS libro nono quaestionum. Si is qui Stichum vel Damam, utrum eorum ipse vellet, stipulatus est et ratum habeat, quod alterum procuratorio nomine Titius petit: facit, ut res in iudicium deducta videatur, et stipulationem consumit.

67 IDEM libro secundo responsorum. Procurator, qui pro evictione praediorum quae vendidit fidem suam adstrinxit, etsi negotia gerere desierit, obligationis tamen onere praetoris auxilio non levabitur: nam procurator, qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat.

68 IDEM libro tertio responsorum. Quod procurator ex re domini mandato non refragante stipulatur, invito procuratore dominus petere non potest.

69 PAULUS libro tertio responsorum. Paulus respondit etiam eum, qui ad litem suscipiendam procuratorem dedit, causae suae adesse non prohiberi.

70 SCAEVOLA libro primo responsorum. Pater filio suo pupillo tutorem dedit Sempronium creditorem suum: is administrata tutela reliquit fratrem suum heredem, qui et ipse decessit et per fi-

66. *Papinianas, IX Klaus.*
Jei tas, kuriam stipuliacijos būdu buvo duotas pažadas [perduoti] Stichą arba Damą, kurį iš judviejų jis panorėtų gauti, ir patvirtintų tai, kad Titas kaip jo prokuratorius reikalauja perduoti kitą, tai taptų teismo nagrinėjimo dalyku, o stipuliacija nustotų galios.

67. *Tas pats [Papinianas], II Atsak.*
Prokuratorius, pateikęs užtikrinimą dėl evikcijos [daikto išreikalavimo iš pirkėjo teismo tvarka] sklypų, kuriuos jis pardavė, net jei ir liautųsi tvarkyti reikalus, vis dėlto pretoriui padedant netaptų laisvas nuo įsipareigojimų naštos: juk prokuratorius, prisiėmęs prievolės pančius už įgaliotoją, bergždžiai kratosi šios atsakomybės.

68. *Tas pats [Papinianas], III Atsak.*
Įgaliotojas neturi teisės prieš prokuratoriaus valią reikšti reikalavimų dėl to, dėl ko byloje, susijusioje su įgaliotoju, prokuratorius, neperžengdamas jam duoto pavedimo ribų, sudarė stipuliaciją.

69. *Paulius, III Atsak.*
Paulius pateikė atsakymą, kad net ir tam, kuris paskyrė prokuratorių dalyvauti byloje, nedraudžiama pasirodyti teisme, nagrinėjančiame jo bylą.

70. *Scevola, I Atsak.*
Nepilnamečio sūnaus globėju tėvas paskyrė savo kreditorių Semproniją; šis, įvykdęs globėjo priedermę, savo įpėdiniu paskyrė brolį, kuris irgi mirė ir

deicommissum nomen debitoris Titio reliquit eique mandatae sunt actiones ab heredibus: quaero, cum tam tutelae actio quam pecuniae creditae ex hereditate Sempronii descendant, an non aliter mandata actio ei detur, quam si defendat heredes, a quibus ei actiones mandatae sunt. Respondi debere defendere.

71 PAULUS libro primo sententiarum. Absens reus causas absentiae per procuratorem reddere potest.

72 IDEM libro primo manualium. Per procuratorem non semper adquirimus actiones, sed retinemus: veluti si reum conveniat intra legitimum tempus: vel si prohibeat opus novum fieri, ut interdictum nobis utile sit quod vi aut clam, nam et hie pristinum ius nobis conservat.

73 IDEM libro singulari de officio adsessorum. Si reus paratus sit ante litem contestatam pecuniam solvere, procuratore agente quid fieri oportet? Nam iniquum est cogi eum iudicium accipere. Propter quod suspectus videri potest, qui praesente domino non optulit pecuniam? Quid si tunc facultatem pecuniae non habuit, numquid cogi debeat iudicium accipere? Quid enim si et famosa sit actio? Sed hoc constat, ut ante litem contestatam praeses iubeat in aede sacra pecuniam deponi: hoc

fideikomiso būdu paliko Titui skolos raštą, bei tam įpėdiniai pavedė pareikšti ieškinį. Aš klausiu: kadangi ieškinys ir dėl globos, ir dėl paskolintų pinigų išreikalavimo kyla iš Sempronijaus palikimo, tai ar nederėtų jam pavestą pareikšti ieškinį duoti tik jei jis gins paveldėtojus, pavedusius jam pareikšti ieškinius? Aš atsakiau, kad privalo ginti.

71. *Paulius, I Sent.*
Nedalyvaujantis atsakovas gali savo nedalyvavimo priežastis paaiškinti per prokuratorių.

72. *Tas pats* [*Paulius*], *I Nurod.*
Per prokuratorių mes [ne visada] įgyjame ieškinius, bet juos išlaikome: pavyzdžiui, jeigu jis per nustatytą terminą patrauks atsakovą teisman, arba jeigu uždraus naujo statinio statybą, mums priklausys išvestinis [pagal analogiją] interdiktas dėl to, kas buvo atlikta prievarta ar slapčia, nes ir čia ankstesnioji teisė mūsų atžvilgiu išlieka.

73. *Tas pats* [*Paulius*], *„Apie asesorių pareigas“*
Jeigu prokuratorius yra pasirengęs iki patvirtinant tarp šalių kilusį ginčą [t. y. iki *litis contestatio*] sumokėti pinigus, kas būtų, jei kaip ieškovas dalyvautų prokuratorius? Juk neteisinga įpareigoti jį atsakyti pagal ieškinį, dėl kurio įtartinas gali pasirodyti esąs tas, kuris dalyvaujant įgaliotojui pinigų nesiūlė? O kas, jeigu tada jam stigo pinigų, – argi derėtų įpareigoti jį dalyvauti procese? O jeigu tas ieškinys dar ir užtraukia negarbę? Tačiau priimta, kad iki patvirti-

enim fit et in pupillaribus pecuniis. Quod si lis contestata est, hoc omne officio iudicis dirimendum est.

74 ULPIANUS libro quarto opinionum. Nec civitatis actor negotium publicum per procuratorem agere potest.

75 IULIANUS libro tertio digestorum. Qui absentem emptorem eundemque possessorem fundi defendebat et iudicium nomine eius accipiebat, postulabat a venditore fundi, ut ab eo defenderetur: venditor desiderabat caveri sibi ratam rem emptorem habiturum. Puto eum venditori de rato satisdare debere, quia si fundum agenti restituerit, nihil prohibet dominum rem petere et cogi venditorem rursus defendere.

76 IDEM libro quinto ad Minicium. Titius cum absentem defenderet, satisdedit et prius quam iudicium acciperet desiit reus solvendo esse: quam ob causam defensor recusabat iudicium in se reddi oportere. Quaero, an id ei concedi oporteat. Julianus respondit: defensor cum satisdedit, domini loco habendus est. Nec multum ei praestaturus est praetor, si eum non coegerit iudicium accipere, cum ad fideiussores eius iri possit et hi quidquid praestiterint a defensore consecuturi sint.

nant tarp šalių kilusį ginčą pirmininkaujantysis nurodo perduoti pinigus saugoti šventykloje; juk taip pat daroma ir su nepilnamečių pinigais. O jeigu buvo patvirtinta tarp šalių kilus ginčą, visa tai išspręsti yra teisėjo pareiga.

74. *Ulpianas, IV Nuom.*
Miesto bendruomenės atstovas negali tvarkyti viešųjų [visuomenės] reikalų per prokuratorių.

75. *Julijonas, III Dig.*
Tas, kuris gynė nedalyvaujantį pirkėją, tuo metu valdžiusį sklypą, ir jo vardu ėmėsi atsakyti pagal ieškinį, prašydamas gynybos kreipėsi į sklypo pardavėją. Pardavėjas pareikalavo, kad jam būtų pateiktas užtikrinimas, jog pirkėjas jo veiksmams pritars. Aš manau, kad jis privalo pardavėjui pateikti užtikrinimą, jog veiksmams buvo pritarta, nes jei sklypas bus sugrąžintas ieškovui, niekas nekliudys įgaliotojui išreikalauti daiktą ir vėl įpareigoti pardavėją teikti gynybą.

76. *Tas pats [Julijonas], V Minicijaus komentarų knyga*
Gindamas nedalyvaujantįjį Titas pateikė užtikrinimą, bet prieš jam imantis atsakyti pagal ieškinį atsakovas tapo nemokus, ir dėl tos priežasties gynėjas ėmė tvirtinti, kad ieškinys turįs būti nukreiptas prieš jį. Kyla klausimas, ar dera jam tai leisti? Julijonas pateikė atsakymą: „Kadangi gynėjas pateikė užtikrinimą, dera laikyti jį užėmus įgaliotojo vietą.“ Ne ką tepadės jam ir pretorius, jei neįpareigos atsakyti pagal ieškinį, nes galima kreiptis į jo laiduotojus *(fideiussores)*, ir ką šie beįvykdytų, [vėliau] tai atgaus iš gynėjo.

77 PAULUS libro quinquagensimo septimo ad edictum. Omnis qui defenditur boni viri arbitratu defendendus est.

78 AFRICANUS libro sexto quaestionum. Et ideo non potest videri boni viri arbitratu litem defendere is, qui actorem frustrando efficiat, ne ad exitum controversia deducatur.

78.1. Ad duas res petendas procurator datus si unam rem petat, exceptione non excluditur et rem in iudicium deducit.

77. *Paulius, LVII Ed.*
Bet kas, kuris yra ginamas, privalo būti ginamas taip, kaip tai darytų padorus Romos pilietis.

78. *Afrikanas, VI Klaus.*
Todėl negali būti pripažįstamas besielgiąs kaip padorus Romos pilietis tas, kuris teisme klaidina ieškovą siekdamas, kad prieštaravimai nebūtų pašalinti [ginčas išspręstas].

1 §. Prokuratorius, kuriam buvo pavesta išreikalauti du daiktus, o reikalaujantis vieno, negali būti nušalintas pasinaudojant atsikirtimu [ekscepcija] ir veda bylą teisme iki galo.





IV Dig.

Quod cuiuscumque universitatis nomine vel contra eam agatur

IV skyrius

Apie ieškinius, reiškiamus kokios nors bendruomenės vardu arba tai bendruomenei

1 GAIUS libro tertio ad edictum provinciale. Neque societas neque collegium neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur: nam et legibus et senatus consultis et principalibus constitutionibus ea res coercetur. Paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora: ut ecce vectigalium publicorum sociis permissum est corpus habere vel aurifodinarum vel argentifodinarum et salinarum. Item collegia Romae certa sunt, quorum corpus senatus consultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est, veluti pistorum et quorundam aliorum, et naviculariorum, qui et in provinciis sunt.

1.1. Quibus autem permissum est corpus habere collegii societatis sive cuiusque alterius eorum nomine, proprium est ad exemplum rei publicae habere res communes, arcam communem et actorem sive syndicum, per quem tamquam in re publica, quod communiter agi fierique oporteat, agatur fiat.

1.2. Quod si nemo eos defendat, quod eorum commune erit possideri et, si admoniti noil excitentur ad sui defensionem, venire se iussurum proconsul ait. Et quidem non esse actorem vel syndicum tunc quoque intellegimus, cum is absit aut valetudine impedietur aut inhabilis sit ad agendum.

1. *Gajus, III Prov. ed.*
Teisė steigti draugijas, kolegijas, bendruomenes nėra beatodairiškai teikiama visiems, nes ir įstatymai, ir Senato nutarimai, ir imperatorių konstitucijos ją riboja. Tokios rūšies bendruomenes leidžiama steigti dėl gana retai pasitaikančių priežasčių. Pavyzdžiui, tiems, kurie buriasi rinkti valstybės mokesčius arba steigti aukso ar druskos kasyklas, naudotis sidabro rūdynais. Lygiai taip pat Romoje veikia tam tikros bendrijos, kurioms bendruomenių statusą suteikia Senato nutarimai ar imperatorių konstitucijos, kaip antai kepėjų ir kai kurių kitų [amatininkų], bei laivininkų, kurios veikia ir provincijose.

1 §. Tiems, kuriems leidžiama steigti bendruomenes, vadinamas kolegijomis, draugijomis ar kitais tokios rūšies pavadinimais, įprasta valstybės pavyzdžiu turėti bendrą turtą, bendrą iždą ir atstovą, arba sindiką, kuriems tarpininkaujant, kaip ir valstybėje, atliekama ir vyksta tai, kas turi būti daroma ar turi vykti bendrai.

2 §. Jeigu jų negina, tai prokonsulo nurodymu perimamas valdymas tų daiktų, kurie yra bendras turtas; ir jeigu, atkreipus dėmesį, jie nesiims veiksmų ginti savo reikalo, priimamas įsakymas turtą parduoti. Mes manome, kad atstovo, ar sindiko, nesama ir tada, kai jis yra išvykęs, arba jam kliudo liga, arba jis yra nepajėgus imtis veiksmų.

1.3. Et si extraneus defendere velit universitatem, permittit proconsul, sicut in privatorum defensionibus observatur, quia eo modo melior condicio universitatis fit.

2 ULPIANUS libro octavo ad edictum. Si municipes vel aliqua universitas ad agendum det actorem, non erit dicendum quasi a pluribus datum sic haberi: hie enim pro re publica vel universitate intervenit, non pro singulis.

3 IDEM libro nono ad edictum. Nulli permittitur nomine civitatis vel curiae experiri nisi ei, cui lex permittit, aut lege cessante ordo dedit, cum duae partes adessent aut amplius quam duae.

4 PAULUS libro nono ad edictum. Plane ut duae partes decurionum adfuerint, is quoque quem decernent numerari potest.

5 ULPIANUS libro octavo ad edictum. Illud notandum Pomponius ait, quod et patris suffragium filib proderit et filii patri,

3 §. Ir jeigu pašalinis asmuo nori ginti bendruomenę[2], prokonsulas tai leidžia daryti taip pat, kaip tai esti privačių asmenų [interesų] atveju, nes dėl to bendruomenės padėtis gerėja.

2. *Ulpianas, VIII Ed.*
Jei municipijaus gyventojai arba kokia nors bendruomenė paskiria atstovą ieškiniui pareikšti, tai nedera sakyti, kad jis laikomas tarytum būtų buvęs paskirtas kelių asmenų, nes veikia bendruomenės, o ne pavienių asmenų interesais.

3. *Tas pats [Ulpianas], IX Ed.*
Niekam neleidžiama reikšti ieškinio [bendruomenės ar kurijos] vardu, išskyrus tuos, kuriems tokią teisę suteikia įstatymas, o įstatymo nesant – tam, kurį paskyrė bendruomenės taryba, dalyvaujant dviem trečdaliams arba daugiau.

4. *Paulius, IX Ed.*
Suprantama, tam, kad susidarytų du trečdaliai dekurionų, galima įskaičiuoti ir tą, dėl kurio jie priima sprendimą.

5. *Ulpianas, VIII Ed.*
Pomponijus teigia esant reikalinga pabrėžti, kad ir tėvo balsas įskaitomas sūnaus naudai, o sūnaus balsas – tėvo naudai,

---

2 Klasikinėje romėnų teisėje terminu *universitas* iš esmės buvo apibrėžiama tai, ką šiuolaikinė teisė vadina juridiniu asmeniu.

6 PAULUS libro nono ad edictum: item eorum, qui in eiusdem potestate sunt: quasi decurio enim hoc dedit, non quasi domestica persona. Quod et in honorum petitione erit servandum, nisi lex municipii vel perpetua consuetudo prohibeat.

6.1. Si decuriones decreverunt actionem per eum movendam quem duumviri elegerint, is videtur ab ordine electus et ideo experiri potest: parvi enim refert, ipse ordo elegerit an is cui ordo negotium dedit. Sed si ita decreverint, ut quaecumque incidisset controversia, eius petendae negotium Titius haberet, ipso iure id decretum nullius momenti esse, quia non possit videri de ea re, quae adhuc in controversia non sit, decreto datam persecutionem. Sed hodie haec omnia per syndicos solent secundum locorum consuetudinem explicari.

6.2. Quid si actor datus postea decreto decurionum prohibitus sit, an exceptio ei noceat? Et puto sic hoc accipiendum, ut ei permissa videatur, cui et permissa durat.

6.3. Actor universitatis si agat, compellitur etiam defendere, non autem compellitur cavere de rato. Sed interdum si de decreto dubitetur, puto interponendam et de rato cautionem. Actor itaque iste procuratoris partibus fungitur et iudicati actio ei ex edicto non datur nisi in rem suam datus sit.

6. *Paulius, IX Ed.*
taip pat ir tų, kurie pavaldūs tam pačiam asmeniui: nes jis balsavo kaip dekurionas, o ne kaip šeimos narys. Šito privalo būti laikomasi ir gaunant magistratų pareigas, jei tik to nedraudžia municipijaus įstatymas arba nusistovėję papročiai.

1 §. Dekurionams nutarus, kad ieškinį privalo pareikšti tas, kurį išrinko duumvirai, jis laikomas išrinktu dekurionų ir turi teisę reikšti ieškinį, nes juk nėra labai svarbu, ar patys dekurionai išrinko, ar tas, kuriam jie šį reikalą patikėjo. Tačiau jeigu jie nuspręstų, kad kilus bet kokios rūšies ginčui reikalavimą privalo reikšti Titas, šis dekretas savaime yra niekinis, nes negali būti laikoma suteikta dekretu teisė vesti teisme ginčą, kuris kol kas net nėra kilęs. Šiandien visa tai paprastai atlieka sindikai, laikydamiesi vietos papročių.

2 §. O jeigu atstovui, paskirtam pareikšti ieškinį, vėliau dekurionų dekretu būtų uždrausta veikti, ar jam pakenktų procesinė išlyga [atsikirtimas]? Aš manau, dera suprasti taip, kad laikoma esant leista tam, kam ir toliau leidžiama.

3 §. Jeigu bendruomenės atstovas reiškia ieškinį, tai yra įpareigojamas ir teikti gynybą, tačiau iš jo nereikalaujama pateikti užtikrinimo, kad jo atliktiems veiksmams bus pritarta. Atitinkamai, šis atstovas iš dalies atlieka prokuratoriaus vaidmenį ir ieškinys dėl teismo sprendimo įvykdymo pagal ediktą jam tei-

Et constitui ei potest. Ex isdem causis mutandi actoris potestas erit, ex quibus etiam procuratoris. Actor etiam filius familias dari potest.

7 ULPIANUS libro decimo ad edictum. Sicut municipum nomine actionem praetor dedit, ita et adversus eos iustissime edicendum putavit. Sed et legato, qui in negotium publicum sumptum fecit, puto dandam actionem in municipes.

7.1. Si quid universitati debetur, singulis non debetur: nec quod debet universitas singuli debent.

7.2. In decurionibus vel aliis universitatibus nihil refert, utrum omnes idem maneant an pars maneat vel omnes immutati sint. Sed si universitas ad unum redit, magis admittitur posse eum convenire et conveniri, cum ius omnium in unum recciderit et stet nomen universitatis.

8 IAVOLENUS libro quinto decimo ex Cassio. Civitates si per eos qui res earum administrant non defenduntur nec quicquam est corporale rei publicae quod possideatur, per actiones debitorum civitatis agentibus satisfieri oportet.

kiamas tik tada, jei jis paskirtas jo paties interesais. Su juo taip pat galima sudaryti susitarimą dėl skolos patvirtinimo. Bendruomenės atstovą galima pakeisti tais pačiais pagrindais, kaip ir prokuratorių. Atstovu gali būti skiriamas taip pat ir tėvo valdžioje esantis sūnus.

7. *Ulpianas, X Ed.*
Kai pretorius teikia ieškinį municipijaus gyventojų vardu, jis taip pat visiškai teisingai mano, kad ir jiems [gali būti pareiškiamas ieškinys]. Tačiau ir legatui [pasiuntiniui], betvarkant visuomenės reikalus patyrusiam išlaidų, mano manymu, dera suteikti teisę pareikšti ieškinį municipijaus gyventojams.

1 §. Jei kas skolingas bendruomenei, tai nėra skolingas pavieniams asmenims, nes bendruomenės skola – tai ne pavienių asmenų skola.

2 §. Kai dėl dekurionų [ir kitų bendruomenių], – neturi reikšmės, ar nėra visų [sudarančių bendruomenę], ar tik dalies, ar pasikeitė visa sudėtis. Bet jeigu iš bendruomenės teliko vienas žmogus, dauguma laikosi nuomonės, kad jam galima pareikšti reikalavimą teisme ir jis gali reikšti reikalavimus teisme, nes visų teisė perėjo vienam ir liko bendruomenės pavadinimas.

8. *Javolenas, 15-oji Kasijaus komentarų knyga*
Jei asmenys, tvarkantys bendruomenės reikalus, negina bendruomenės, ir nesama jokio materialaus turto, kurį bendruomenė valdytų, tai jos ieškovų [kreditorių] reikalavimai turi būti tenkinami perleidžiant jiems teises reikalauti iš bendruomenės skolininkų.

9 POMPONIUS libro tertio decimo ad Sabinum. Si tibi cum municipibus hereditas communis erit, familiae erciscundae iudicium inter vos redditur. Idemque dicendum est et in finium regundorum et aquae pluviae arcendae iudicio.

10 PAULUS libro primo manualium. Constitui potest actor etiam ad operis novi nuntiationem et ad stipulationes interponendas, veluti legatorum, damni infecti, iudicatum solvi, quamvis servo potius civitatis caveri debeat: sed et si actori cautum fuerit, utilis actio administratori rerum civitatis dabitur.

9. *Pomponijus, XIII Sab.*
Jei palikimą paveldėjai kartu su municipijaus gyventojais, tai paveldėtas turtas tarp jų privalo būti padalytas teismo tvarka. Tą patį reikia pasakyti ir apie teismo bylas, susijusias su sklypų ribų nustatymu ir su žemiau esančiojo sklypo apsauga nuo užtvindymo.

10. *Paulius, I Nurod.*
[Bendruomenės] atstovas gali būti skiriamas ir naujos statybos draudimui paskelbti, ir stipuliacijai (pavyzdžiui, dėl testamentinių išskirtinių [legatų], gresiančios žalos, teismo sprendimo įvykdymo) sudaryti, nors užtikrinimą veikiau dera pateikti bendruomenės vergui; tačiau jeigu užtikrinimas bus pateiktas atstovui, bendruomenės reikalus tvarkančiajam turi būti teikiamas išvestinis [pagal analogiją] ieškinys.





V Dig.

De negotiis gestis

V skyrius

Apie reikalų tvarkymą

1 ULPIANUS libro decimo ad edictum. Hoc edictum necessarium est, quoniam magna utilitas absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem aut venditionem patiantur vel pignoris distractionem vel poenae committendae actionem, vel iniuria rem suam amittant.

2 GAIUS libro tertio ad edictum provinciale. Si quis absentis negotia gesserit licet ignorantis, tamen quidquid utiliter in rem eius impendent vel etiam ipse se in rem absentis alicui obligaverit, habet eo nomine actionem: itaque eo casu ultro citroque nascitur actio, quae appellatur negotiorum gestorum. Et sane sicut aequum est ipsum actus sui rationem reddere et eo nomine condemnari, quidquid vel non ut oportuit gessit vel ex his negotiis retinet: ita ex diverso iustum est, si utiliter gessit, praestari ei, quidquid eo nomine vel abest ei vel afuturum est.

3 ULPIANUS libro decimo ad edictum. Ait praetor: «Si quis negotia alterius, sive quis negotia, quae cuiusque cum is moritur fuerint, gesserit: iudicium eo nomine dabo».

3.1. Haec verba «si quis» sic sunt accipienda «sive quae»: nam et mulieres negotiorum gestorum agere posse et conveniri non dubitatur.

1. *Ulpianas, X Ed.*
Šis ediktas yra būtinas, nes teikia nedalyvaujantiems didelės naudos, – kad dėl gynybos neteikimo jie nenukentėtų turto valdymo perdavimo arba pardavimo atvejais, arba kad neprarastų įkeisto turto dėl to, kad jis buvo parduotas, arba dėl baudos ieškinio sumokėjimo [jų naudai], arba kad neprarastų savo daikto dėl neteisėtų svetimųjų veiksmų.

2. *Gajus, III Prov. ed.*
Jei kas nors vedė nesančiojo [nedalyvaujančiojo] bylas, nors tas nesantysis apie tai net nežinojo, ir patyrė bylai reikalingų išlaidų arba kito asmens atžvilgiu prisiėmė įsipareigojimus, susijusius su nesančiojo reikalais, tai jam šiuo pagrindu teikiamas ieškinys. Taigi šiuo atveju abi šalys įgyja teisę į ieškinį, kuris vadinamas ieškiniu dėl reikalų tvarkymo. Ir, žinoma, teisinga, kad jis pats atsiskaitytų ir būtų atsakingas už tai, jei ką nors padarė netinkamai arba pasisavino ką nors, įgytą iš šių sandorių. Kita vertus, jei reikalus jis tvarkė naudingai, taip pat teisinga atlyginti jam už tai, ką betvarkydamas [svetimus] reikalus išleido arba išleis.

3. *Ulpianas, X Ed.*
Pretorius sako: „Jei kas nors tvarkytų kito reikalus arba reikalus, likusius kam nors mirus, aš šiuo pagrindu duosiu jam ieškinį."

1 §. Žodžius „jei kas" dera suprasti kaip apimančius ir moterų giminę, nes neabejotina, kad ir moterys gali reikšti ieškinius, pagrįstus reikalų tvarkymu, bei joms šie ieškiniai gali būti pareiškiami.

3.2. «Negotia» sic accipe, sive unum sive plura.

3.3. «Alterius», inquit: et hoc ad utrumque sexum refertur.

3.4. Pupillus sane si negotia gesserit, post rescriptum divi Pii etiam conveniri potest in id quod factus est locupletior: agendo autem conpensationem eius quod gessit patitur.

3.5. Et si furiosi negotia gesserim, competit mihi adversus eum negotiorum gestorum actio. Curatori autem furiosi vel furiosae adversus eum eamve dandam actionem Labeo ait.

3.6. Haec verba: «sive quis negotia, quae cuiusque cum is moritur fuerint, gesserit» significant illud tempus, quo quis post mortem alicuius negotia gessit: de quo fuit necessarium edicere, quoniam neque testatoris iam defuncti neque heredis qui nondum adiit negotium gessisse videtur. Sed si quid accessit post mortem, ut puta partus et fetus et fructus, vel si quid servi adquisierint: etsi his verbis non continentur, pro adiecto tamen debent accipi.

3.7. Haec autem actio cum ex negotio gesto oriatur, et heredi et in heredem competit.

3.8. Si exsecutor a praetore in negotio meo datus dolum mihi fecerit, dabitur mihi adversus eum actio.

2 §. „Reikalus“ suprask šitaip: arba vieną, arba keletą.

3 §. Pasakyta „kito“ – tai taip pat apima abi lytis.

4 §. Net jei kieno nors reikalus tvarkė nepilnametis, tai po dieviškojo Pijaus reskripto paskelbimo jam gali būti pareikštas ieškinys, neviršijantis gautos turtinės naudos. Gi kai jis reiškia ieškinį, yra atsakingas už pakeitimus, kuriuos padarė [kai tvarkė reikalus].

5 §. Ir jei aš tvarkysiu psichikos ligonio reikalus, tai turėsiu teisę pareikšti jam ieškinį dėl reikalų tvarkymo. Tačiau Labeonas tvirtina, kad psichikos ligonio ar ligonės globėjas turi pareikšti ieškinį jam arba jai.

6 §. Žodžiai „tvarkyti reikalus, likusius kam nors mirus“ yra susiję su laikotarpiu, kai kas nors tvarkė po kito mirties; apie tai buvo būtina nurodyti edikte, nes laikoma, kad tas tvarkė nei palikėjo, kuris jau mirė, nei įpėdinio, kuris dar nepriėmė palikimo, reikalus; bet jei kas nors atsirado po mirties, kaip antai vergams gimę vaikai arba gyvulių prieauglis ir vaisiai, arba jei vergai ką nors įgijo, tai šitai turi būti laikoma pridėta [prie edikto], nors nurodyti žodžiai to neapima.

7 §. O šis ieškinys, nes jis kyla iš reikalų tvarkymo, gali būti pareiškiamas tiek įpėdinio, tiek ir įpėdiniui.

8 §. Jei vykdytojas, paskirtas pretoriaus ir tvarkęs mano reikalus, veikė tyčia padarydamas man žalos, tai aš įgyju teisę pareikšti jam ieškinį.

3.9. Interdum in negotiorum gestorum actione Labeo scribit dolum solummodo versari: nam si affectione coactus, ne bona mea distrahantur, negotiis te meis optuleris, aequissimum esse dolum dumtaxat te praestare: quae sententia habet aequitatem.

3.10. Hac actione tenetur non solum is qui sponte et nulla necessitate cogente immiscuit se negotiis alienis et ea gessit, verum et is qui aliqua necessitate urguente vel necessitatis suspicione gessit.

3.11. Apud Marcellum libro secundo digestorum quaeritur, si, cum proposuissem negotia Titii gerere, tu mihi mandaveris ut geram, an utraque actione uti possim? Et ego puto utramque locum habere. Quemadmodum ipse Marcellus scribit, si fideiussorem accepero negotia gesturus: nam et hic dicit adversus utrumque esse actionem.

4 IDEM libro quadragensimo quinto ad Sabinum. Sed videamus, an fideiussor hic habere aliquam actionem possit: et verum est negotiorum gestorum eum agere posse, nisi donandi animo fideiussit.

5 IDEM libro decimo ad edictum. Item si, cum putavi a te mihi mandatum, negotia gessi, et hic nascitur negotiorum gestorum actio cessante mandati actione. Idem est etiam, si pro te fideiussero, dum puto mihi a te mandatum esse.

9 §. Kai kada, rašo Labeonas, ieškinyje dėl reikalų tvarkymo dėmesys kreipiamas tik į tyčią: nes jei vedamas su manimi siejančio prieraišumo tu prisiėmei mano reikalus, kad turtas nebūtų grobstomas, tai visai teisinga, kad atsakytum tik už tyčią. Tokia nuomonė yra teisinga.

10 §. Pareiškiant šį ieškinį atsakomybėn gali būti traukiamas ne tik tas, kuris laisva valia ir neverčiamas būtinybės ėmėsi svetimų reikalų ir juos tvarkė, bet ir tas, kuris veikė esant būtinajam reikalingumui arba manė esant reikalinga tai daryti.

11 §. Marcelas II Digestų knygoje kelia klausimą: jeigu man pasisiūlius tvarkyti Tito reikalus, tu man pavedei juos tvarkyti, ar aš galiu pasinaudoti abiem ieškiniais? Ir aš manau, kad leistini abu, nes juk, kaip rašo ir pats Marcelas, jeigu aš, ketindamas tvarkyti reikalus, priimu pavedimą, tai tokiu atveju, sako jis, ieškinys gali būti pareikštas abiem.

4. *Tas pats* [*Ulpianas*], *XLV Sab.*
Tačiau išnagrinėsime, ar koks nors ieškinys čia priklauso įgaliotojui ir ar yra taip, kad jis gali pareikšti ieškinį dėl reikalų tvarkymo, jei tik nepavedė jų turėdamas tikslą padovanoti.

5. *Tas pats* [*Ulpianas*], *X Ed.*
Taigi jei aš tvarkyčiau reikalus manydamas, kad tu man davei pavedimą, gali būti ieškinys dėl reikalų tvarkymo, nes ieškinio dėl pavedimo nėra. Taip pat būtų ir tuo atveju, jei aš duočiau pavedimą už tave manydamas, kad tu davei man [tokį pavedimą].

5.1. Sed et si, cum putavi Titii negotia esse, cum essent Sempronii, ea gessi, solus Sempronius mihi actione negotiorum gestorum tenetur.

5.2. Iulianus libro tertio digestorum scribit, si pupilli tui negotia gessero non mandato tuo, sed ne tutelae iudicio tenearis, negotiorum gestorum te habebo obligatum: sed et pupillum, modo si locupletior fuerit factus.

5.3. Item si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, ut creditorem tuum vel pignus tuum liberet, adversus te negotiorum gestorum habebo actionem, adversus eum cum quo contraxi nullam. Quid tamen si a procuratore tuo stipulatus sum? Potest dici superesse mihi adversus te negotiorum gestorum actionem, quia ex abundanti hanc stipulationem interposui.

5.4. Si quis pecuniam vel aliam quandam rem ad me perferendam acceperit: quia meum negotium gessit, negotiorum gestorum mihi actio adversus eum competit.

1 §. Tačiau jei aš tvarkiau reikalus, manydamas juos esant Tito, nors tai buvo Sempronijaus reikalai, tai tik Sempronijus yra atsakingas prieš mane pagal ieškinį dėl reikalų tvarkymo.

2 §. Julijonas III Digestų knygoje rašo: „Jei aš tvarkyčiau tavo globotinio reikalus be tavo pavedimo, bet tam, kad tau nebūtų pareikštas ieškinys dėl globos, tu mano atžvilgiu būtum saistomas prievolių, atsirandančių iš reikalų tvarkymo“, – taip pat ir globotinis, jei patyrė turtinės naudos.

3 §. Taip pat jei aš tavo prokuratoriui [turto administratoriui] paskolinčiau pinigų tavo interesais, kad jis atsiskaitytų su tavo kreditoriumi arba atpirktų įkeistą daiktą, tai aš tavo atžvilgiu įgyčiau ieškinį dėl reikalų tvarkymo, o prieš tą, su kuriuo sudariau sandorį, joks ieškinys man nepriklausytų. Juk kas gi iš to, jei aš sudarydamas stipuliaciją įsipareigočiau tavo prokuratoriui? Galima sakyti, kad tau tegaliu pareikšti ieškinį dėl reikalų tvarkymo, nes šią stipuliaciją sudariau veltui.

4 §. Jei kas nors gavo pinigų ar kokį nors kitą daiktą, kad jį perduotų man, tai atsižvelgiant į tai, kad jis tvarkė mano reikalą, man priklauso teisė pareikšti jam ieškinį dėl reikalų tvarkymo.

5.5. Sed et si quis negotia mea gessit non mei contemplatione, sed sui lucri causa, Labeo scripsit suum eum potius quam meum negotium gessisse (qui enim depraedandi causa accedit, suo lucro, non meo commodo studet): sed nihilo minus, immo magis et is tenebitur negotiorum gestorum actione. Ipse tamen si circa res meas aliquid impenderit, non in id quod ei abest, quia improbe ad negotia mea accessit, sed in quod ego locupletior factus sum habet contra me actionem.

5.6. Si quis ita simpliciter versatus est, ut suum negotium in suis bonis quasi meum gesserit, nulla ex utroque latere nascitur actio, quia nec fides bona hoc patitur. Quod si et suum et meum quasi meum gesserit, in meum tenebitur: nam et si cui mandavero, ut meum negotium gerat, quod mihi tecum erat commune, dicendum esse Labeo ait, si et tuum gessit sciens, negotiorum gestorum eum tibi teneri.

5.7. Si quis quasi servus meus negotium meum gesserit, cum esset vel libertus vel ingenuus, dabitur negotiorum gestorum actio.

5 §. Tačiau jei kas nors mano reikalus tvarkė ne rūpindamasis manimi, bet siekdamas naudos sau, tai, kaip rašo Labeonas, jis veikiau tvarkė savo reikalus, ne manuosius; kas imasi reikalo siekdamas pasipelnyti, tas rūpinasi savo praturtėjimu, o ne mano nauda, bet juo labiau jis atsako pagal ieškinį dėl reikalų tvarkymo. Kita vertus, ir jis, jei patyrė su mano reikalais susijusių išlaidų, turi teisę pareikšti man ieškinį, bet neperžengdamas ne nesąžiningai ėmusis mano reikalų patirtų nuostolių, o mano gautos turtinės naudos ribų.

6 §. Tačiau jei kas pasielgtų taip paikai, kad savo reikalą, susijusį su jo turtu, tvarkytų kaip mano, tai nė viena iš šalių neturėtų teisės pareikšti ieškinio, nes tai būtų nesąžininga. O jei jis tvarkė ir savo reikalą, ir manąjį kaip mano, tai bus atsakingas už pastarąjį. Juk ir tuo atveju, jei aš kam nors pavesčiau tvarkyti mano reikalą, kuris yra bendras mano ir tavo [reikalas], tai, kaip tvirtina Labeonas, derėtų pasakyti, – jei tvarkė ir tavo reikalą apie tai žinodamas, tai prieš tave bus atsakingas už reikalų tvarkymą.

7 §. Jei kas nors tvarkė mano reikalus taip, tarytum būtų mano vergas, nors [iš tikrųjų] buvo išlaisvintasis arba iš prigimties laisvas, reiškiamas ieškinys dėl reikalų tvarkymo.

5.8. Sed si ego tui filii negotia gessero vel servi, videamus, an tecum negotiorum gestorum habeam actionem. Et mihi videtur verum, quod Labeo distinguit et Pomponius libro vicensimo sexto probat, ut, si quidem contemplatione tui negotia gessi peculiaria, tu mihi tenearis: quod si amicitia filii tui vel servi, vel eorum contemplatione, adversus patrem vel dominum de peculio dumtaxat dandam actionem. Idemque est et si sui iuris esse eos putavi. Nam et si servum non necessarium emero filio tuo et tu ratum habueris, nihil agitur ratihabitione eodem loco Pomponius scribit hoc adiecto, quod putat, etsi nihil sit in peculio, quoniam plus patri dominove debetur, et in patrem dandam actionem, in quantum locupletior ex mea administratione factus sit.

8 §. Bet jeigu aš tvarkyčiau tavo sūnaus arba vergo reikalus, reikia ištirti, ar galiu pareikšti tau ieškinį dėl reikalų tvarkymo. Ir, man regis, teisingas yra Labeono pateikiamas atskyrimas, kuriam pritaria ir Pomponijus XXVI knygoje: jei rūpindamasis tavimi aš tvarkiau su pekulijumi susijusius tavo reikalus, tu prieš mane esi atsakingas; o jeigu aš tvarkau reikalus iš draugiškumo, kuris mane sieja su tavo sūnumi ar vergu, arba rūpindamasis jais, dera teikti tik tėvui ar šeimininkui reikštiną ieškinį dėl pekulijaus. Taip pat esti ir tuo atveju, jei aš juos laikiau esant savosios teisės [savarankiškais, nepavaldžiais] asmenimis, nes net jei aš tavo sūnui nupirkčiau nereikalingą vergą, o tu tam pritartum, iš pritarimo ieškinys nekiltų. Pomponijus [apie tai] rašo toje pačioje vietoje, pridurdamas, kad, jo manymu, net jeigu pekulijuje nieko nėra, nes skola tėvui arba šeimininkui didesnė [t. y. viršija pekulijaus vertę], dera suteikti ir ieškinį prieš tėvą dėl tiek, kiek jis gavo naudos man betvarkant reikalus.

5.9. Sed si hominis liberi qui tibi bona fide serviebat negotia gessero: si quidem putans tuum esse servum gessi, Pomponius scribit earum rerum peculiarium causa, quae te sequi debent, tecum mihi fore negotiorum gestorum actionem, earum vero rerum, quae ipsum sequuntur, non tecum, sed cum ipso. Sed si liberum scivi, earum quidem rerum, quae eum sequuntur, habebo adversus eum actionem, earum vero, quae te sequuntur, adversus te.

9 §. Jeigu aš tvarkyčiau laisvojo žmogaus, kuris savo valia tarnavo tau kaip vergas, reikalus, ir jeigu tuos reikalus būčiau tvarkęs laikydamas jį esant tavo vergą, tai, kaip rašo Pomponijus, iš to pekulijų sudarančio turto, kuris turi atitekti tau, man priklausys ieškinys dėl reikalų tvarkymo, o iš to [turto], kuris priklauso jam pačiam – ne tavo, bet jo atžvilgiu [priklausys ieškinys]. O [net jeigu] man buvo žinoma, kad jis yra laisvasis, tai [nepaisant to] dėl tų daiktų, kurie priklauso jam, aš turėsiu ieškinį jo atžvilgiu, o dėl tų, kurie priklauso tau – tavo atžvilgiu.

5.10. Si Titii servum putans, qui erat Sempronii, dedero pecuniam ne occideretur, ut Pomponius ait, habebo negotiorum gestorum adversus Sempronium actionem.

5.11. Item quaeritur apud Pedium libro septimo, si Titium quasi debitorem tuum extra iudicium admonuero et is mihi solvent, cum debitor non esset, tuque postea cognoveris et ratum habueris: an negotiorum gestorum actione me possis convenire. Et ait dubitari posse, quia nullum negotium tuum gestum est, cum debitor tuus non fuerit. Sed ratihabitio, inquit, fecit tuum negotium: et sicut ei a quo exactum est adversus eum datur repetitio qui ratum habuit, ita et ipsi debebit post ratihabitionem adversus me competere actio. Sic ratihabitio constituet tuum negotium, quod ab initio tuum non erat, sed tua contemplatione gestum.

5.12. Idem ait, si Titii debitorem, cui te heredem putabam, cum esset Seius heres, convenero similiter et exegero, mox tu ratum habueris: esse mihi adversus te et tibi mutuam negotiorum gestorum actionem. Adquin alienum negotium gestum est: sed ratihabitio hoc conciliat: quae res efficit, ut tuum negotium gestum videatur et a te hereditas peti possit.

10 §. Jei aš manyčiau vergą priklausant Ticijui, nors [iš tikrųjų] jis priklauso Sempronijui, ir sumokėčiau tam, kad vergas nebūtų užmuštas, tai aš, kaip sako Pomponijus, įgysiu teisę pareikšti Sempronijui ieškinį dėl reikalų tvarkymo.

